VITT. EMANUELE

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
15 C
34

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

52. d. 27
52
d
53
33
52.
d.
35
12
22
A
10

Digitized by Google

IOANNIS WOUWERI
DIES ÆSTIVA,
SIVE
DE VMBRA PÆGNION.

Unà cum
IANI DOUSÆ F. *in eandem Declamatione.*

BIBLIOTECA ... VITTORIO E...

Editio poſtrema caſtigatior, & adjectionibus in fine locupletior.

OXONII,
Excudebat G. TURNER Impenſis
GUILIELMI WEBB.

cIↄ Iↄc xxxvi.

17

Digitized by Google

AMPLISS. ET CLARISS.

VIRO

D^n^.HIERONYMO VOEGLERO.

REIPUBLICÆ HAMBURGENSIS COS. DIGNISS.

D. D.

Ampliſſ. & Clariſſ. Conſul.

SOCRATES, Deorum hominúmq; judicio ſapientiſsimus, inter præcipua humanæ felicitatis bona cenſere ſolebat amicos. Veriſsimum hoc Oraculum illi demùm experti ſunt, quos fati ſui aſperitas omnibus iis bonis, quibus plebeii animi excitantur penitùs ſpoliavit;

 qui

qui velut in hoſtili terra ex-
poſiti, ſolitudinem & con-
temptum ineptiſsimorum
tulerunt, & minimè moroſi
omnibus ſeſe ſubmittere co-
acti ſunt: quibus operoſa æ-
tas inter obſequia ingenuo
indigna ſine fructu periit.
Nam & hoc genus infelici-
um inuentum, qui tam infe-
ſto ſidere nati, ut cùm omnia
feciſſent, quâvis arte homi-
num animos ſibi conciliare
conati, hoc unicum tamen
aſſequuti ſint, ut decepti inter
adulantium greges, & falsâ
ſpecie amantium ſoli relin-
querentur, & cùm res adver-
ſæ & irriti labores miſeros
deprehendiſſent tanquam in
vaſta ſolitudine aliena auxi-

ſiâ fruſtrà invocarent: rectè igitur [a] *Alexander* ſtatuæ *Achillis* coronam impoſuit: nō quòd Deorum ſanguine natus, aut fato *Troiæ* editus, ſed quòd *Patroclo* amico uſus. Hoc ille tot gentium victor omnibus coronis auguſtius, omnibus palmatis & trabeis glorioſius judicabat, ipſe omni triumpho major. Etenim ſi non utilitate, ut vulgus ſolet, amicitiam æſtimemus, ſed vero uſu & honeſto oblectamento, non video quid magis afficiat, quàm amicitia fidelis & ſine fuco officioſa. Illa cogitationibus noſtris præparatum exhibet pectus, in quo tutò deponere liceat, quod penes te ſolum periiſſe

[a] *Plutarc. Alexand.*

ZIONALE
12
5 C
34
VITT. EMANUELE

52
d

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

12
22
A
10

53
33

52.
d.
35

am
ap-
atis
ıtia
jus
in
coſ-
&
un-
um
m:
mi-
ὶ σώ=
no-
eni
ine
ra-
tu-
ra,
ni-
oc
p-

oportuit: illa facilem & ad omnia honeſta promptum præbet animum; ſimúlque conſcientiam, quam non magis verearis, quam tuam; imò frontem, quæ nunquam rubore ſuffundatur, niſi noſtram verecundia pictam ſenſerit. Illa conſilium dubiis, ſolatium oppreſsis præbet. Quòd ſi res adverſæ, ut nonnullis ſapientum placuiſſe video, gemitu exonerantur, & lacrumis paratis in oſtentationem doloris lenimentum inveniunt, vera amicitia dabit, qui ambitioſius in planctus; qui lacrumas dolenti commendabit, & mærorem æmulatione juvabit. Sed inprimis faſtidioſè le-

legendi amici: & ſi honeſtam & exoptatam omninò captemus voluptatem, non ſatis eſt, ſi fides & benevolentia conſtet: hunc quæro cujus ipſe conſpectus delectet, in quo genium noſtrum exoſculamur; qui in ludicris & ſeriis pari nobiſcum voluntate concinit: unum animum in duobus diviſum velim: rectè enim *Ariſtoteles* amicum definiebat μίαν ψυχὴν δυαῖ σώμασιν ἐνοικοῦσαν. Sed in tanta bonorum egeſtate difficile talem invenias: ideóque non ſine cauſa vehementer mihi gratulor, quod cùm amor virtutis, & ingenii mei munera, ſemper adeò & ubiq; inimicos mihi pepererunt, ſive hoc

oportuit: illa facilem & ad omnia honeſta promptum præbet animum; ſimúlque conſcientiam, quam non magis verearis, quam tuam; imò frontem, quæ nunquam rubore ſuffundatur, niſi noſtram verecundia pictam ſenſerit. Illa conſilium dubiis, ſolatium oppreſsis præbet. Quòd ſi res adverſæ, ut nonnullis ſapientum placuiſſe video, gemitu exonerantur, & lacrumis paratis in oſtentationem doloris lenimentum inveniunt, vera amicitia dabit, qui ambitioſius in planctus; qui lacrumas dolenti commendabit; & mærorem æmulatione juvabit. Sed inprimis faſtidioſè le-

legendi amici: & ſi honeſtam & exoptatam omninò captemus voluptatem, non ſatis eſt, ſi fides & benevolentia conſtet: hunc quæro cujus ipſe conſpectus delectet, in quo genium noſtrum exoſculamur, qui in ludicris & ſeriis pari nobiſcum voluntate concinit: unum animum in duobus diviſum velim: rectè enim *Ariſtoteles* amicum definiebat μίαν ψυχὴν δυαὶ σώμασιν ἐνοικοῦσαν. Sed in tanta bonorum egeſtate difficile talem invenias: ideóque non ſine cauſa vehementer mihi gratulor, quod cùm amor virtutis, & ingenii mei munera, ſemper adeò & ubiq; inimicos mihi pepererunt, ſive hoc

 op-

oportuit: illa facilem & ad omnia honeſta promptum præbet animum; ſimúlque conſcientiam, quam non magis verearis, quam tuam; imò frontem, quæ nunquam rubore ſuffundatur, niſi noſtram verecundia pictam ſenſerit. Illa conſilium dubiis, ſolatium oppreſsis præbet. Quòd ſi res adverſæ, ut nonnullis ſapientum placuiſſe video, gemitu exonerantur, & lacrumis paratis in oſtentationem doloris lenimentum inveniunt, vera amicitia dabit, qui ambitioſius in planctus; qui lacrumas dolenti commendabit, & mærorem æmulatione juvabit. Sed imprimis faſtidiosè

le-

legendi amici: & ſi honeſtam & exoptatam omninò captemus voluptatem, non ſatis eſt, ſi fides & benevolentia conſtet: hunc quæro cujus ipſe conſpectus delectet, in quo genium noſtrum exoſculamur; qui in ludicris & ſeriis pari nobiſcum voluntate concinit: unum animum in duobus diviſum velim: rectè enim *Ariſtoteles* amicum definiebat μίαν ψυχὴν δυαὶ σώμασιν ἐνοικȣ͂σαν. Sed in tanta bonorum egeſtate difficile talem invenias: ideóque non ſine cauſa vehementer mihi gratulor, quod cùm amor virtutis, & ingenii mei munera, ſemper adeò & ubiq; inimicos mihi pepererunt, ſive hoc

qui velut in hoſtili terra ex-
poſiti, ſolitudinem & con-
temptum ineptiſsimorum
tulerunt, & minimè moroſi
omnibus ſeſe ſubmittere co-
acti ſunt: quibus operoſa æ-
tas inter obſequia ingenuo
indigna ſine fructu periit.
Nam & hoc genus infelici-
um inuentum, qui tam infe-
ſto ſidere nati, ut cùm omnia
feciſſent, quâvis arte homi-
num animos ſibi conciliare
conati, hoc unicum tamen
aſſequuti ſint, ut decepti inter
adulantium greges, & falsâ
ſpecie amantium ſoli relin-
querentur, & cùm res adver-
ſæ & irriti labores miſeros
deprehendiſſent tanquam in
vaſta ſolitudine aliena auxi-
lia

ſia fruſtrà invocarent: rectè igitur [a] *Alexander* ſtatuæ *Achillis* coronam impoſuit: nō quòd Deorum ſanguine natus, aut fato *Troiæ* editus, ſed quòd *Patroclo* amico uſus. Hoc ille tot gentium victor omnibus coronis auguſtius, omnibus palmatis & trabeis glorioſius judicabat, ipſe omni triumpho major. Etenim ſi non utilitate, ut vulgus ſolet, amicitiam æſtimemus, ſed vero uſu & honeſto oblectamento, non video quid magis afficiat, quàm amicitia fidelis & ſine fuco officioſa. Illa cogitationibus noſtris præparatum exhibet pectus, in quo tutò deponere liceat, quòd penes te ſolum periiſſe

[a] *Plutarc. Alexand.*

 o-

oportuit: illa facilem & ad omnia honeſta promptum præbet animum; ſimúlque conſcientiam, quam non magis verearis, quam tuam; imò frontem, quæ nunquam rubore ſuffundatur, niſi noſtram verecundia pictam ſenſerit. Illa conſilium dubiis, ſolatium oppreſsis præbet. Quòd ſi res adverſæ, ut nonnullis ſapientum placuiſſe video, gemitu exonerantur, & lacrumis paratis in oſtentationem doloris lenimentum inveniunt, vera amicitia dabit, qui ambitioſius in planctus; qui lacrumas dolenti commendabit, & mærorem æmulatione juvabit. Sed imprimis faſtidioſè

le-

legendi amici: & ſi honeſtam & exoptatam omninò captemus voluptatem, non ſatis eſt, ſi fides & benevolentia conſtet: hunc quæro cujus ipſe conſpectus delectet; in quo genium noſtrum exoſculamur; qui in ludicris & ſeriis pari nobiſcum voluntate concinit: unum animum in duobus diviſum velim: rectè enim *Ariſtoteles* amicum definiebat μίαν ψυχὴν δυσὶ σώμασιν ἐνοικοῦσαν. Sed in tanta bonorum egeſtate difficile talem invenias: ideóque non ſine cauſa vehementer mihi gratulor, quod cùm amor virtutis, & ingenii mei munera, ſemper adeò & ubiq; inimicos mihi pepererunt, ſive hoc op-

optimis familiare, ſive in eo ſingulari ſim fato tibi tamen ampliſsime *Coſ.* tantopere impoſuerunt, ut amatorem invenerunt. Neq; enim vulgaris & ambitioſa humanitate compoſitus amor nos conjunxit: ſed ſanctus ille & ſincerus, ſine fuco & fallaciis integer. Quòd ſi ea demùm amicitia firma & ſtabilis, quam vera virtus & intemerata fides aluit & excitavit: certo omine æternam & nunquam intermorituram hanc noſtram præcipio. Admirabiles enim virtutes tuæ vel renitentem in amorem rapuerunt. Et ne præpeditum affectu exiſtimes, non poterat niſi admiratione amor

ex-

excitari. Nulla autem nobis admiratio, niſi ſolida & vera virtute concitata. Hanc in te amo, hanc admiror. Ne invidiosè referam eximias animi dotes, & rerum civilium inſignem peritiam: orationem comptam, & peculiari quâdam promptitudine commendandam. Quid loquar virtutes leniores, ſpecie blandas: gravitatem non auſterã, non aſperam ſeveritatem: & naturæ ſingularem gratiam conciliandis hominum animis: morum ſummam dulcedinem, & æquam ſui æſtimationem. Quid deniq; recenſeam labores varios, & ſumma pericula, quæ pro Republica ſuſtinuiſti: ac pro-

 ximâ

ximâ legatione ad *Hiſpaniarum* Regem, cùm ex graviſsimo vulnere inter acerbos dolorum cruciatus de vita periclitari cœperas: jam certus ultimam neceſsitatē properantibus fatis imminere: ſanè in eo diſcrimine conſtitutus, ut invicto animo, quod *Lacones* illi qui ad *Thermopylas* ceciderunt, renunciari tuis juberes:

1. Tuſcul. *Dic hoſpes Troyæ, nos te hîc vidiſſe jacentes,*
Dum ſanctis patriæ legibus obſequimur.

Qui has virtutes tuas & merita in rempublicam novit, non temerè nec ludente fortuna ad ſummum honorum faſtigium te aſcendiſſe judicabit, Iure tuo hoc poſtulare po-

poteras, honore major, quẽ mereri, quàm obtinere maluiſti. Sed parcam detracto velo te tibi oſtendere: jam enim facili verecundiæ tuæ oneroſius eſſe cæpi; & fallor aut modeſtia ſtimulatus officio orationis meæ lubens intercederes. Contemplatus igitur hanc pulchritudinem, & decoras virtutum effigies, habet animus tuus cur ſibi placeat, & incredibili magnitudine ſeſe erigat; famæ & perennis gloriæ ſecurus. Quæ quidem vel invitum me flectere poterant, ut amicitiam tuam ultrò quærerem, nec impetu ſed ratione ſectarer. Quod ut publico teſtimonio omnibus innoteſceret, &

poſteritati conſtaret me vero preciote æſtimâſſe, ludicrum hoc opus nomini tuo inſcribere volui. Quod tamen non legitimum offero munus, ſed ejus obſidem: coronam ſcilicèt in gratiæ tuæ templo dedico, ut in locum areſcentis te dignum munus ſubſtituatur. Hoc igitur, quæ genii tui facilitas, permiſeris, VMBRA noſtra clariſsimi nominis tui ſplendore tantiſper illuſtretur. Vale Ampliſs. & Clariſs. Coſ. Ex arce Gottorpiana V. Kal. Auguſti cIↄ Iↄcx.

T. Ioan. VVouwerus.

IOAN. WOVWERI
IN
PÆGNION DE UMBRA
PROLEGOMENA.

SI quis ex me quærat, quâ in re mortales potiſſimùm hallucinentur : non verebor aſſerere inter præcipuos hominum errores ; quòd nunquam detracto velamento res ipſas æſtiment, ſed earum ſpecioſa quædam ſimulachra quaſi per caliginem intueantur. Ut ille ſcilicet in apologo canis umbram corpori præfert & imaginem offæ, quam ore tenebat, fruſtrà captat : ita pleriq; inania rerum ſimulachra, & falſas imagines pro rebus ipſis conſectamur. Sanè quæcunq; mortales anxiis votis & periculoſo ambitu petunt, ſimulachra quædam & effigies, quas ſpecie rerum ipſarum captant, & planè Ixionio amplexu aſſequuntur. Unde meritò ſanctiſſimus Philoſophiæ Antiſtes Plato * graviſſimè reprehendit, a VII. de Repub. τοὺς σκιαμαχοῦντας περὶ ἀλλήλους, καὶ στασιάζοντας περὶ τοῦ ἄρχειν, ὡς μεγάλου τινὸς ἀγαθοῦ

ὄντος

ὄντος : eos qui de honore ut de umbra contendunt, turbaſq; movent & tumultus excitant de imperio & principatu tanquam de ingenti aliquo bono. Verè quidem de honore, ut de umbra certant. Nam ſi verum amamus, & exſtinctâ vulgi opinione apertis oculis rem conſideremus, quid aliud quaſo honor & magnæ potentiæ ſpecies, quàm fallaces epulæ & dulcia venena : quibus, tanquam Circæo poculo ebrii, occumbimus: ſeu potiùs, ut in eâdem verſemur imagine, quid aliud, inquam, in ſpeciem compoſitus iſte ſplendor, quàm fax involuta caligini, aut ignis inani ſtipulâ incenſus, mox largiſſimo deflagraturus fumo. Nempe ut umbra incredibili advolat velocitate, & ferrugineo ſuo peplo omnia obvolvit; ſed eadem vel levi corporis flexu perit nobis aut evaneſcit, & quâ acceſſerat pernicitate, aufugit : ita magni honores, quos plerumq; ad indignos, ſæpè ad flagitioſos magnorum gratia, aut furor populi deferre ſolet, ſubitò adfluunt, ingenti circumfuſos ſplendore toti orbi exponunt, illuſtres & conſpicuos omnibus præbent, uſque adeò ut vel parentum vota evocent, qui religioſâ oratione eandem

for-

fortunam ſuis petunt. Sed quo cape-rant incremento deſinunt, & celeri ve-ſtigio ſeſe proripiunt, fumum ex ful-gore relinquentes. Irata enim muneri-bus ſuis faſtigioſa princeps, quæ ludi-bunda contulerat jocosè repetit, & quâ conceſſerat levitate aufert. Sanè in præcipitio hæremus; decidendum eſt ſi vacillare cæpimus. Ut enim umbra non coërcetur, quibuſvis illam compeſcere aut includere repagulis coneris, ſed aëriâ ſuâ levitate facilè elabitur: ita honorum decora ſi fugere cæperunt, ægrè retinentur: animosè potiùs quod ille ad fortunam: Honorem.

Laudo manentem: ſi celeres quatit
Pennas, reſigno quæ dedit.

Cùm igitur hoc vitæ genus errantem alligâſſet, in quo non tam res ipſas, quàm earum umbras & ſimulachra ſe-ctamur, seriò indulgere libuit errori, & effuſiſſimo amplexu Umbram inva-dere: ut verè & ſeriò oſtenderem, meâ ſententiâ omnem ambitum pruritum animi malè affecti: omniaq; illa ad quæ ſuſpirant mortales, quæ magno an-helitu prodigi animæ petunt, fluxa, fal-lacia, incerta, inſtar umbræ feſtinatione præcipiti elabentia, & ſapienti ne ex-

optanda

optanda quidem ; inſidias fraudeſq; fortunæ, quibus in perniciem ſectatores ſuos præcipitare ſolet. Hæc ratio me induxit ad meditationem ludicram planè, & incertis ocii. Unde apud moroſos iſtos & triſtes pædagogos, alieni temporis rigidiſſimos exactores ; parata mihi reprehenſio ; quaſi has horas melius perdere poteram. Certè de exiſtimatione meâ periclitabor, ſi ſeveros hos patruos judices feram : qui ſi in accuſatione irati perſeverent ; reſpondebo quòd olim Imperator Romanus : Ocii ſui rationem neminem reddere. *Quaſi verò novum planè & inuſitatum animos in ludum dare, & blandâ ſtudiorum remiſſione ſæpè componere. Sanè graviſſimi quiq; mortalium ludicris & ridiculis ocium ſuum oblectarunt. Socratem immixtum pueris ludentium juvaſſe hilaritatem : & Catonem nucibus luſiſſe : Scipionem verò & Lælium ad Cajetanæ conchas, aliaque id genus ejectamenta maris & litorales quiſquilias, quas fluctus quotidiè exſpuere ſolent, legiſſe æqui cenſores accepimus. Longè profectò infra conditionem ſuam deſcenderunt : tam vilibus rebus dediti : & tamen quis*

audebit

audebit in illis accuſare inertiam, quibus nihil vitio verti poteſt? quis rationem temporis malè collocati ab iis exigere ſuſtinebit, qui totius orbis elogio induſtrii & ſtrenui? Non deerit profectò ſive luſui ſive commentationi meæ patrocinium, ſi ad exempla magnorum confugere velim. Platonem auguſtioris ſapientiæ magiſtrum elegiis, & quidem laſcivis, in pueros Alexin & Aſtera luſiſſe magnis autoribus proditum. Zeno rigidiſſimæ ſectæ pater conſcripſit τέχνην ἐρωτικὴν *ſive artem amandi: & majoribus noti fuerunt Perſæi Philoſophi dialogi collecti ex ejuſdem Zenonis commentariis, in quibus diſſerebat* de baſiis: quâ ratione ſomnus *in* conviviis pelleretur, & quis uſus formoſorum. *Ariſtippus verò ad Laida meretricem de uſu ſpeculi volumen compoſuit: quamvis illum excuſare poterit liberior, &, propè dixerim, temulenta Philoſophia: quam etſi non ſuſceperat Phocion Peripateticus, tamen libro quem inſcripſit* κέρας ἀμαλθείας, *meretricûm hiſtoriam intexuit. Dignum omninò Philoſophi ſupercilio argumentum. Chryſippus*[a] *verò Stoicus*

[a] Diog. Laert.

cccxi volumina in quibus Dialecticam tradebat, reliquit. Nec minori contentione in frivolis & inutilibus laboravit Didymus[b] *Grammaticus, qui quatuor millia librorum compoſuit, in quibus varias & rectè cenſentibus ridiculas quæſtiones propoſuit: qualis illæ:* ebrioſior Anacreon an libidinoſior vixiſſet: an Sappho ſe publice proſtituiſſet. *C. verò*[c] *Meliſſus libros ineptiarum ſive locorum jam annum agens ſexageſimum componere aggreſſus eſt, eorumq́ centum & quinquaginta abſolvit. Sanè & principum Poëtarum Batrachomyomachian & Culicem cum admiratione legimus. Et ne Philoſophos ſolùm aut Grammaticos & Poëtas ad defenſionem protraham, Julius Cæſar, quo nemo ab orbe condito occupatior, de analogiâ ſcripſit. Claudius*[d] *vero Caſar de tribus literis volumen edidit. Quin & Marcus Varro, ſummis in Repub. dignitatibus perfunctus, moroſa & ſupervacua diligentiæ complures libros reliquit: & inter illos Satyram: σκιαμαχίαν. Quid igitur detrectamus eam inſiſtere viam, quam inoffenſo pede tot præclari viri tranſierunt? Philoſophi, Imperatores, Conſules*

b Senec ep. 88.

c Sueton. de claris Grammat.

d Sueton. Claud.

ſules Romani, non tantùm in ſupervacuis & ab uſu recedentibus laborarunt: ſed vili & infami argumento ingenium oſtentare ſuſtinuerunt. Sanè tolerabilius de Umbra commentabor, quàm ingentia condam volumina, plena ambiguis cavillationibus & ſtrophis ſycophantarum. Miſeret me Chryſippi, cùm cogito, quanto animi tormento, quàm aſſiduis vigiliis Sophiſticen docuit. Dignum profectò operæ precium, jejuno & irrito acumine famam propagâſſe: quo fortè hoc aſſequutus erat, ut argutè imperitum captaret. At verò multitudo errantium non elevat delictum. Omnes igitur eadem obruit cauſa; omnes idem involvit error. Nempe hoc meruerant ſtudia amœniora, ut tam difficiles & moroſi eſſemus in levi peccato: præſertim cum ingenii amore nos deliquiſſe conſtet. Senatus P. R. Carneadem ſummis viribus contra juſtitiam differentem, audivit æquo animo. Mirabantur quidem tam multa adverſus juſtitiam veteratoriè dici potuiſſe: nec temerè tamen hominis ingenium ſed Sophiſticen damnabant. Declamatorum olim furor tam fœcundus nugarum fuit, ut nihil meditarentur,

quàm

quàm piratas cum catenis in littore ſtantes, virgines in peſtilentia immolandas, [e] *encomia febris, hyemis, muſcarum, aliaq́; his ineptiora: quibus non tantùm eloquentiam perdebant ſed adoleſcentum animos ad magna ſurgentes penitùs concidebant. Nec tamen propterea pulſi orbe Romano, aut ſoli in Scholis relicti ſunt. Dionem quoq́; Pruſæum non Sophiſtam, ſed Sophiſtam Philoſophum* [f] *pſittaci laudes compoſuiſſe tradit Philoſtratus: nec propterea apud poſteros gloria præſtantiſſimi ejus ingenii imminuta. Sed omninò res abjectiſsima Umbra; imò ne inter res quidem cenſenda. At verò* [g] *Democritus & Epicurus ex Umbra, & Vacuo univerſi conſtitutionem compoſuerunt: nec profectò Demoſtheni pudori fuit mentionem ejus inſerere in ſanctiſſimo judicum collegio, & in cauſa capitali præſidium ab umbra aſini petere; ne dicam omnes Philoſophos de aſini umbrâ* [h] *contendere & inter ſe dimicare, ut Lucianus* [i] *memoriæ prodidit.* [k] *Archippus quoq́; laudem ingenii captavit ex opere, quod de aſini umbrâ conſcripſit. Si igitur ſummus Orator tanti æſtimavit aſini umbram,*

e Auctor ad Heren.

f Vide Syneſium Dione.

g Vide Irenæum l. 2. adverſ. hæreſ.

h Plut. in Rhet. in Demoſth.

i Sectis.

k Suidas.

bram, ut in re maximi momenti auxilium ejus imploraret: ſi Philoſophi de eadem digladiantur, quid mihi promittere non auſim, qui non de aſini umbrâ, ſed præcipuo naturæ miraculo Vmbrâ orationem inſtitui. Sed in re parvâ & exili, tantoperè immorandum non erat. Enimverò in rebus exiguis & contemptis, magna ingenia facile ſeſe oſtendere poſſunt. Niſi me animus fallit, pictores operoſâ difficultate imaginum extremitates, ſubtilitate ſummâ ad ſimilitudinem præſcindunt; facili verò ductu eas lineas effingunt, quæ vel fugientibus conſpicuæ. Exiguum ſanè opus, ingentis animi typum exprimere poteſt. Nemo paulò peritior, quin præferat ſignum Phidiæ omnibus Mauſolæis, & vaſtis pyramidum ſubſtructionibus. Callicratis fama celebrior, quòd formicas aliaq; animalia tantæ tenuitatis fecit, ut eorum particulæ diſcerni non poſſent. Myrmecides verò apud poſteros gloriâ inclitus, quòd quadrigas eburneas cum agitatore elaboravit, quam alis ſuis muſca abſconderet. Pyrëicus autem ſummã gloriam conſequutus eſt, quòd humilia ſectatus, tonſtrinas,

obſonia,

obſonia, aſellos, aliaq́ʒ ſimilia graphicè exprimeret. [l] *Phidiam denique poſteris narrarunt non tantùm ingentes ſtatuæ, quas Olympiis aut Athenis confecit, ſed cicadæ & apiculæ, mirabili artificio ſculptæ. Adeò* in tenui labor; at tenuis non gloria. *Quanquam ſatius erat erudito ſilentio imperitis occurrere: quod profectò feciſſem, niſi veritus taciturnitatem pro confeſſione criminis exciperent. Aſperſa macula eluenda fuit; ſed levi operâ, ne elaborata defenſio culpam augeret.* Diem *verò* æſtivum *opuſculum hoc inſcripſi, nihil imitatus aliorum ingenia, qui titulos exquiſitiſsimos libris ſuis, tanquam emblemata præfigere ſolent: ſed ut candidè faterer, & præ me ferrem paucis diebus æſtivis ſubito calore, & feſtinandi quâdam voluptate, quod facilè probabit, aliud agenti excidiſſe; ſeu potiùs, ut vera ratio inſcriptionis conſtet, quòd ſimile animalculis, quorum ab ortu interitus incipit, nec ultra diem æſtivum vitam extendunt, ita ætatem nonferret nec caneſceret. Pauſias pictor arti daturus famam celeritatis, abſolvit uno die tabellam, quæ inde hemereſios vocata. Verè hæc tabella hemereſios, in qua*

[l] Iulian. epiſt.

non

non tam affectata, quàm ſequuta celeritatis gloria. Ab eadem cauſa παίγνιον. Luſimus enim iſta non ſcripſimus: nec tam ad Cleanthis quàm Ariſtippi lucernam commentati ſumus, ut vel hinc conſtet, nullo genere me laureolam ex muſtaceo petere, & inanis gloriolæ fumum ex fumo captare. Levis animi cenſebat Cicero[m] umbras falſæ gloriæ conſectari. *Sanè non veram illam & legitimam, ſed inanem potiùs ex umbra rumorem aucupabor. Unicum verò hoc oro & obteſtor, qui ſtudiorum amœnitates amant & ſectantur, ut ſi qui nævi ſub hâc UMBRA, ne diligenti nimis perſpicacitate eos inveſtigent, ſed æquitate cenſentium nebuloſo umbræ pallio obducti deliteſcant.*

[m] Orat. in Piſon.

ERRATA.

PAg 1. lin. 23. perpetua. p. 5. l. 1. reclinis. p. 49. l. 19. apud. p. 59. l. 25. prodidit. p. 119. l. 20. molem.

IOAN. WOVWERI
DIES ÆSTIVA.
SIVE
DE UMBRA
PÆGNION.

CAPUT I.

Occaſio diſſertationis: inducta variâ fictione poëticâ. Deſcriptione magni æſtûs; amœniſſimi loci: umbræ fugientis ſubinde, ac redeuntis. Explicatus Virgilii locus: Propoſitum item operis argumentum, & declarata inſtituti ratio.

TOrrida perpetuis ardebat ſolibus æſtas,
AEthiopáſque nigros, Libyæque calentis arenas
Urebat radiis jam cœli ſumma pererrans
Sol oculus mundi, tardi ſub ſidere cancri.
Alma Ceres flavum caput exornata coronis
Læta ſuo paſsim veſtibat munere campos.
Flora decus rerum picturato aurea peplo
Spargebat variis emblemata mille figuris.

Æſtas, inquam, anni erat, & ſumma ac penè pepetua cœli flagrantia: inde aſſiduis flammis aduſta arva triſtiori eni-

tuerant facie, & ſata velut igneo decocta fomite flavo nimis & penè areſcenti, ut ita dicam, crine paſsìm apparebant. Jam limphæ quoque exili venulâ per lapillos fluere cœperant: ipſáque adeò flumina difficili & lento fluxu iter explicabant, & quod ille ait,

— per notas ibant morientia ripas.

Animalia quoque feſſa & torpore languida vix ſeſe à terris ſuſpendebant. Nec homines quidem, etſi variis integumentis calorem propellerent, & novis ingeniis in remedium laborarent, vitare æſtum poterant, ſed corpora ſoluti penitùs diffluebant. Cùm itaque tædium graviſſimi ardoris fallere quærerem, conceſſi in amœniſſimum locum,

Fraxinus æſtivas ubi ſpargere cœperat umbras,
Et graciles ſummo nutabant vertice pinus;
Laurus baccigeris tendebat brachia ramis,
Eteſiæque leves, & ſomno mollior aura
Arguto reſonas ſtringebant murmure ſilvas.
Aëriæ volucres jucunda carmine Nymphas
Laudabant Dryades, & ruſtica numina Faunos.
Inter quas gratâ philomela ſub arboris umbrâ
Terei queſta nefas mulcebat cantibus auras
Iucundóſque ciens luſus; propriúmque ſalacè
Ingeminans nomen repetebat carmine Coccyx.
Lucidus irriguo per teſqua virentia campi
Amnis anhelantes volvebat gurgite fluctus,

Illidens

Illidens tacito limpharum verbere tophos,
Cujus gramineæ cultam prope marginis oram
Ludentes variis certabant floribus herbæ.
Quales Gargarei ſub climate montis opaci
Muſcoſos fundit vertex Idæus ad amnes.
Hic violæ molles ſerpentibus oſcula blandis
Miſtæ inſertabant hederis; colocaſia citris.
Nec vario deerat Leucoion uſibus aptum,
Nec Clytie Phœbi quæ florem inclinat ad ortus
Exanimata caput, dominúmque ſalutat euntem;
Et paſſim roſeo nati de ſanguine flores
Purpurea inſcripti Telamonii nomina regis,
Albáque pallidulis intexta papavera calthis.
Talis nempe Iovi ſuffecit pabula campus
Cum camuris hirtas adjunxit cornibus aures
Inter Sidonias gaudens mugire juvencas.

Sed ne carmine quod ſentio effingam: cùm, inquam, peto locum, in quo prata gramine induta, & florum purpurâ, tanquam vermiculato emblemate picta, jucundiſſimâ luce, velut decenti riſu, adſpectus meos remunerabant. Arbores ſparsim conſitæ, & frondium laxiores ſolutæ comas gratiſſimam umbram præbebant: & ne quid deeſſet, errantes illi ramorum intextus omne genus alitum adduxerant, qui gratâ vernilitate, & fractâ quâdam dulcedine Nymphas ſuas colebant. Inprimis philomela dulci gemitu Sithonium referebat facinus, & damnatos Terei amores cantu repete-

bat: tanto tamque indefeſſo ſtudio, ut alias volucres, quæ ſuaviſſimum carmen argutantur, ad certamen provocaret. Diceres aut Gratiarum hoc diuerſorium, aut naturæ parentem invidiosè huc tranſtuliſſe ex Idæo vertice eundem locum, in quo *Phrygius* opilio inter æmulas formæ Deas ſententiam precio libidinis vendidit. Non longè prope adjacentis devexa vallis ebullientes advertebam undas, quaſi anxias quo curſum flecterent: quæ deinde erranti diviſæ ambitu, querulo ſtrepitu præterfluebant; mox poſtquam ſorores receperant undas in legitimum flumen emanabant; cui innata virgulta miti aurâ ſpirantis *Favonii* leviter mota, tam ſuavi ſono pertentatum mulcebant aëra, ut jurares canere *Sirenes*, aut olores prænuncium mortis ſuæ meditari melos. Tanta ſanè loci pulchritudo, tam admiranda amœnitas, ut vel invitum ac renitentem attraheret. Nolui igitur mihi negare voluptatem, quam ſeceſſus iſte ſuppeditabat. Nam ob arborum opacitatem & præterluentis undæ, ut Poëtæ ludentes loquuntur, planctus, ſedando æſtui, & conciliando ſopori blandum & appoſitum noveram. Cùm itaque reclinis,

clinis, & jam penè ad quietem compoſitus facilem ſomnum invitâſſem, toto cœlo velut tenebris obducto nebuloſo peplo ſuo involutum, tanquam brachiis plumâ mollioribus V M B R A me amplexa eſt; adſpirante ſubinde *Zephyro*, quaſi nutus ejus ſequutus obſequio adeſſet. Neq enim continuo ſpiritu, ſed leni & per intervalla redeunti aurâ laſciviens adſpirabat; qualis illa mitis & grata, cùm amorum devehit comitatum. Dum hæc miror, penè me ſenſus reliquerant: tanta enim dulcedo attonitum invaſerat, ut inter illuſtres animas & cœleſtium plenas ſplendidiſſimo candore circumfuſis præclara ac tantùm non divina contemplari mihi viderer, & jam humanæ contagionis, ſive, ut *Platonici* loquuntur, alluvionis materialis oblivio occuparet. Dulce mihi & jucundum ita perire, quod, ſi licuiſſet, pro munere excepiſſem. Sanè tum demum ſapientum oraculis applaudere cœpi, qui iſtiuſmodi præmia magnis animis & Deo dignis promittunt. Sed ne importunè philoſophemur, & cœleſtia indecorè contrectemus, malim dicere nunquam ſuaviorem egiſſe noctem in thoro Cupidinis Pſychen,

 Mileſiis

Mileſiis fabellis nobilem, quàm ego iſtam lucem, quâ me amplexu effuſiſſimo Vmbra dignata eſt: unde non minori deſiderio amicæ hujus cœleſtem & propè dixerim divinam faciem, quàm illa infelix fugientis mariti vultum contueri geſtiebam. Sed cùm totam animi aciem in eam convertere cæpiſſem, prævertit ſenſum meum divina; præcipiti fugâ per aëris campos avolavit, & adſpectui noſtro ſeſe invidiosè ſubduxit. Ego quantum viſu poteram fugientem proſpiciens, quærere cœpi quod perierat, veráque voluptate tum demum me fraudatum ſenſi. Sed quâ receſſerat fugâ mox rediit.

Virgil. Æneid. 1. * *Et vera inceſſu patuit Dea*—

* Inceſſu patuit Dea. *Exprimo acceſſum Umbræ, quæ ſimul atque ſe oſtendit, adeſt. Neque enim ſenſim gradum promovet. Virgilii verſus adumbratus ex Homeri 3. Iliados, ubi Achilles Neptunum alloquitur tanquam hominem, & inceſſu agnoſcit Deum. Ita Iliad. N. Deos facilè inceſſu dignoſci. Differre igitur hunc Deorum inceſſum oportuit ab humano, ſi eo dignoſcebantur. Qualis igitur ille inceſſus? non incedunt dii pedibus alternatìm motis, ut homines, ſed*

ſimul

ſimul utroque pede moto gradum promovent. Hoc colligimus ex Heliodori Æthiop. qui deſcribit ſtatuas Deorum apud Ægyptios pedibus pariter junctis, ut appareat ita illos pedes promovere. Atque is verus eſt ſenſus verſus Virgiliani.

Hoc ſemel iterúmque ingenti meo ſtupore fecit, & nebuloſis ſubinde laciniis confuſum implicuit. Subtracta enim & ſimul reddita imago errantes ludebat oculos, verebátque adeò quod recepiſſem, perderem. Cùm verò ſubinde adlubeſceret rediviva, & mox ſubterfugeret extincta, interrogare animum meum cæpi, an etiam amor Deas tangeret. Recedere enim videbatur, quaſi æmulos timeret complexus, aut divini vultus ſui prædatores. Nec deſiſtebat tamen redire momentaria, & furtivis ſubinde blandiri oſculis. Inter hæc animi ſuſpenſus, totúſque adeò in perdita hærebam imagine, quam toties eluſus, velut novâ accenſus libidine, affectabar, redeuntémque in oſculum applicare, & amplexui jungere conſtitueram, ſed irrito planè conatu. Humanos enim faſtidiebat Dea complexus, & à blanditiis meis meritò ſe rejiciebat. Non com-

preſſi igitur diutiùs vocem, ſed religioſo murmure, Diva virgo, inquam, ſive tu Dea, ſive Dearum æmula, regina inferni, inimica lucis, permitte contemplemur cœleſtis iſtius vultûs tui pulchritudinem. Non planè profanus ad hæc ſacra accedo: quod ſi de Majeſtate nominis tui noſtra aliquid deterat inſcitia, ignoſce quæſo propitia: ſedula atque officioſa hoc fiet injuria, & quo faciliùs renuentem flecterem, ita verſu apprecabar:

Nympha, ſoporiferæ ſeu tu Dea nuncia noctis,
Seu ſis illius æmula, ſive comes,
Quæ Phlegethontei furva Plutonis in aula
Tartareæ flectis regia ſceptra domûs,
Quæ nuſquam ſtabilis, nullâ regione morâris,
Nunc habitas manes Elyſiúmque nemus:
Jam ſuperas alis penetrans pernicibus oras,
In variis mundi diceris eſſe locis:
Detege cœleſtes tenebris, Dea, detege vultus,
Abdita contempler numinis ora tui.
Non ego Diva tuas accedo profanus ad oras,
Orgia pollutâ non ego mente colo.
Si mea deminuat tamen ignorantia quicquam
Nominis auguſta de gravitate tui:
Non violet, ſtudioſa tuas injuria laudes,
Quæ ſpecimen doctæ ſedulitatis habet.

Vix dum finieram, & repentè, velut cœlo nubibus obducto, Umbra tota reſoluta velo ſuo latiſſimè expanſo me obvolvit.

obvolvit. Pœnitebat jam fugæ, & quaſi prehendi geſtiret, fixa conſiſtebat. At verò poſtquam diutiùs tenebroſo hoc ſyrmate opertus obhæſiſſem, ſerò intellexi ſpectari quidem divinos iſtos vultus; comprehendi autem non poſſe. Damnabam itaq; inconſultas preces & temeraria vota, quodq; ſolum poteram, ſectæ noſtræ familiares advocabam artes. Solet enim divina illa *Platonica* familia, cui ſoli contingit, ſacrorum ſtudio, ritè nôſſe arcana religionum, & poteſtates numinum, hymnos condere cœleſtium honori; eorúmque laudes læta & ſanctâ oratione complecti; ſimili majorum æmulatione hæc quoque à nobis prodita & Vmbræ conſecrata. Sed ut ipſum mundi opificem ſilendo rectè enunciamus, & ignorando ſcimus: ita plurima rerum naturæ abdita & remota, nec cogitatione comprehenſa, nec voce edita, quâ ratione in hoc ipſo naturæ miraculo non pauca ſilentio tranſcurſa, quæ obducta ignorantiæ ſiparijs ſub Vmbra recondita magnis ingeniis revelata. Ego quidem abundè meâ ſententiâ argumentum implebo, ſi naturam & admirandas ejus proprietates, ſi vim & potentiam,

ſolertiamque & ingenium, ac præclara ejus beneficia depulſâ umbroſâ caligine in lucem protraxero.

CAPUT II.

Umbra definita & diviſa. Quâ ratione gignatur proditum. Subſtantia Umbræ vindicata.

ET ne longius à meta aberremus; Umbram definio locum ſive ſpacium interjectu alicujus corporis lumine privatum. *Lucretius* aërem lumine caſſum a

1. Lib. 4.

Nam nihil eſſe poteſt, inquit, *aliud niſi lumine caſſus:*
Aër, id quod nos umbram perhibere ſuëmus.

Idem ille quâ ratione gignatur, his verſibus prodidit:

Nimirum quia terra locis ex ordine certis
Lumine privatur Solis, quacunque meantes
Officimus: repletur item, quod liquimus ejus.
Propterea fit, uti videatur quæ fuit umbra
Corporis, è regione eadem nos uſque ſequuta,
Semper enim nova ſe radiorum lumina fundunt,
Primaque diſpereunt, quaſi in ignem lana trahatur
Propterea facile & ſpoliatur lumine terra;
Et repletur item, nigráſque ſibi abluit umbras.

Umbra igitur exiſtit, quoties corpus opacum lucido objicitur, propter cujus inter-

interpoſitionem directò tranſitu lumine privatur. Sed ne præſtantiam umbræ inſcitiâ noſtrâ imminuamus, aut dignitatis ſuæ deturbatâ ſolio planè obſordeſcat, quaſi res ſit leviſſima, imò nihili & abjecta, aëri fugienti ſimilis, advocandum Philoſophiæ ſubſidium, cujus aſſertione conſtat, nullam oriri umbram ſine luce. Unde plerique Poëtarum, Philoſophiæ flumine inundati, non ſimplicem lucis privationem eam exiſtimârunt, ſed ſuâ quodammodo ſubſtantiâ conſiſtere: quam ſententiam amplexus eſt *Proclus b Platonicus*. Neque enim ſubſiſtit umbra ſine aliqua eſſentia, imperfecta quidem, ſed qualem illàm recepit à luminoſo corpore, cujus eſt umbra: at quatenus illam parit corpus opacum, nuda tantùm privatio. Deſinant igitur maledicere & compeſcant ſtultiloquentiam imperiti, qui ſubſtantiam umbræ malitiosè eripiebant. Aliæ verò umbrarum rectæ: aliæ verſæ: quarum illæ projiciuntur in planum horizontis ab umbroſo corpore ad angulos rectos finitori inſiſtente: hæ verò à gnomonibus, qui ſoli obvertuntur, & ad planum circuli verticalis angulos rectos conſtituunt. Sed ne in-

b *Lib. de æternitate mundi. Proclus argumenta refutat Pererius Phyſices lib. 4.*

erudito hoc campo latiùs evagemur, anguſtiùs curriculum mihi ipſi deſcribam neceſſe eſt. Hæc enim de umbris ocioſè inquirentibus relinquenda ſunt: nos aliam inſtituti viam inſiſtimus.

CAP. III.

Commendata Vmbræ nobilitas ab antiquitate. Ante conditum Orbem Umbra. Nox ante diem extitit. Eadem fons omnium rerum. Obſtetrix Deorum. Umbra tempore prior. Patria Umbræ, ſpacium univerſi. Nobilitas alieno ſuſpenſa ſuffragio: nec vera ex illa laus ducenda.

QUod ſi in contemplatione Vmbræ etiam illa ſectemur, quæ populari ſive opinione, ſive errore plauſum invenerunt; de ejus nobilitate diſputandum erit. Quanquam alia ſuppetant quibus Divæ noſtræ illuſtre nomen commendemus, & gloriam ejus augeamus; hæc verò laus nobilitatis honori ejus nequicquam confert, quæ ſcilicet in aliena poteſtate, & plerunque falsâ opinione ſita eſt. Sed ut mitis eſt Dea & lenis; non provocabimus Vmbræ iram, ſi homines humanis oculis, atque adeò

mortali cenſu eam capiamus. Summam autem nobilitatem vulgaris opinio illam ſtatuit, quæ quantum memoria repeti poteſt, ſupra infinita ſæcula nota fuit; per longas & nunquam interciſas deducta ſtemmatum flexuras. Vnde & glorioſiſſimæ gentes de antiquitate inter ſe contenderunt; quarum aliæ, ut majorem oſtentarent nobilitatem, originem ſuam fabulis obſcurârunt, quo ignorantia rudioribus antiquiorem perſuaderet: aliæ abſurda quæq; & à veritate abhorrentia commenta prodiderunt: aliæ denique perverſa moroſitate prohibuerunt vulgari initia, ne horribile ſecretum prolatum in vulgus dedecus poſteritate pareret. Si hoc errore ducamur, nobiliſſimum genus umbræ probabo: neque enim verebor aſſerere umbræ originem ipſius mundi natalibus longè vetuſtiorem. Nam fide veteris Theologiæ conſtat, antequam hæc aurea cœli laquearia ſuſpenſa, & inter ſe pugnantia concordi quâdam pace officiis ſuis alligata, unum quendam naturæ fuiſſe vultum, confuſamque rerum molem, & iners ſine opere pondus: longè tunc ſparſam noctem ferrugineo peplo cuncta hæc obumbrâſſe.

bráſſe. *a Antiphanes Comicus* in *Theogonia* tradit: *Chaos ex nocte & ſilentio genitum*. Unde & noctem die priorem *Orphei* Theologia, & *Thaletis b* ſcitum docuit; ac *c* fontem rerum omnium atq; adeò *d* Deorum obſtetricem nonnulli veterum eam memorant. Poſtquam verò rudis illa rerum facies diſcreta munere mitioris naturæ, noctem terræ umbram didicimus. Non ineptè autem cenſeas, cùm indigeſta illa congeries tenebris undiquaque circumamicta, noctem fuiſſe aliarum rerum umbram. Neque enim temerè & paſsim ſine aliqua cauſâ tenebras iſtas, ſed aliorum interpoſitione corporum extitiſſe putârim. At profectò fruſtrà de ejus nobilitate diſputamus, quæ nata fuit, ſi tamen ortum habet, antequam ulla de nobilitate opinio invaluiſſet. Etenim temporum menſuras iis conſtitui ſpaciis quæ cœlitum chorus certis & ordinatis reverſionibus per mundi vias conficit, ſapientum *e* ſolertia comprehendit. At verò priuſquam ſtellarum iſti ocelli luce ſidereâ ardere ceperunt, & ex præſcripto ordinis naturæ itinera ſua expedire, jam umbra latè occupârat. Quâ igitur ratione laborabimus in

a *Vide Irenæum l.* 2.
b *Diog. Laert.*
c *Higinus in fab.*
d *Proclus in Timæum Platonis.*
e *Plato in Timæo.*

eruendo tempore ortûs umbræ, quæ fuit antequam temporum numeri inveniri aut comprehendi potuerunt. Ideóque nec de parentibus illius anxiè inquirendum, aut quam ingenuo prodita ſanguine præpoſterâ diligentiâ indagandum: religioſo potiùs ſilentio hæc præcipitia tranſeamus, nec illicitâ curioſitate, ultra quam conceſſum eſt, in ejus natales inquiramus: ſatis ſuperq; ſapientes ſi hoc ipſo, quod exiſtit, ortum ipſius involvamus: & quemadmodum *Plato* de eleganti ac perfecto iſto mundi corpore,

Nullum ejus exordium, quia ſcilicet ſemper fuit.

Eâdem ratione nec locum qui naſcentem excepit prodimus. Quibus illam quæſo alligemus terris, quæ totius univerſi metata hoſpitium? quibus limitibus ejus natales includamus, quæ totum orbem libero tranſgreſſu occupavit? Quanquam hæc ipſa fortuita & alieno ſuſpenſa ſuffragio ne in homine quidem contemplando æſtimarem: etſi corruptâ opinione fucata iſta & adſcititia tanquam propria ſuſcepimus, cùm tamen aut parta parentibus, aut fortunæ jocantis munere collata, planè aliena ſint

ſint, & ſæpè quaſi laciniæ ſordibus obvelandis circumjectæ. Nempe ut fœda corpora porrigine & ulceribus depaſta ſcabiem ſuam ſplendidiſſimis tegunt faſciis; ita ſæpè graviſſima vitia & ſordes infandas abſcondi iſtis videmus. Hoſtiæ publicarum libidinum, proſtibula, matronas habitu mentiuntur. Miremur jam adventitia iſta in ſpeciem obducta nequitiam involvere. Rectiùs in Philocteta ſuo *Attius* Poëta *Ulixen* laudaturus: *Inclytum*, ait, *parva præditum patria, ſed nomine celebri claróq; potentem pectore Dardaniis gravem ultorem Laertiaden.* Digna laudari in *Ulixe* præmiſerat, propria *Ulixis*: à quibus nihil Laertes præcerperet; tandem verò patrem memorat, qui nequicquam ejus gloriæ confert, niſi quod *Ulixen* genuiſſet. Simili modo Vmbram commendemus, nihil in ea ſuſpicientes alieni, ſuis illam æſtimemus virtutibus, ſuis dotibus cenſeamus.

CAP. IV.

Cap. IV.

Laudes Umbræ à natura ejus & proprietate. Nata ſimul & perfecta. Forma Vmbræ. Duo præcipui colores. Elegantia formæ, diſcrepantia opinionum dubia. Aliæ proprietates Vmbræ. Stupenda ejus agilitas & velocitas. Thaleti mens omnium velociſſimum. Vmbra celeriori fertur motu, quàm ipſe Sol.

Conſideranti itaq; mihi, & animo repetenti cœleſtem naturam Vmbræ, ejuſq; proprietates, illud inprimis occurrit admirandum, quod exceptâ lege, quam natura omnibus ferè rebus poſuit, ut certa ſint cujuſq; primordia, quibus incipiant; certi progreſſus, quibus ad maturitatem deducantur: illa ſimul atque nata, perfecta & undiquaq; abſoluta. Nulla ejus partui advocata Levana; non Lucina, non Dii invocati Nixii. Nullos tranſcendit infantiæ aut pueritiæ gradus, nullis ſubinde prodeuntibus annis, ad perfectam ætatem pervenit; ſed ſtatim ab ipſis natalibus plenæ maturitatis fuit. Prodigioſum memorant *Minervæ* ortum, quæ aperto *Jovis* capite ex ejus cerebro armata clypeo,

peo & cuſpide virago proſiliit. Relinquamus iſta autoribus ſuis, quibus ingenioſa ſemper quælibet fingendi libido: veriùs ſanè de umbra dixeris: illam ſtatim atque hæ rerum moles editæ, expanſo fuligineo peplo omnia complexam obumbrâſſe. Quod ſi & formæ munera ſpectemus, nec illa quidem deſunt. Nam cum initio naſcentis mundi præcipuos duos colores natura conſtituiſſet; quorum ille diei, hic noctis: poſtremum ſibi adſcivit Umbra, eóque enituit

Phœbo pulchrior, & ſorore Phœbi.

quo & populos ſub alieno, ut ita dicam, cœlo latè ſparſos, & interjectu diſſidentis Oceani à noſtro orbe divulſos effinxit. Atque ut nobis gratia decoris & elegantia formæ in candore, ita illis in nigredine: eáque ratione diverſa cenſentium ſuffragiis, quæ opinio diſcrepans, ſuſcitat calculus formæ ſuſpenſus, & hactenus quis pulchrior nemo definire auſus: niſi potiùs *Narciſſi* ſequamur judicium, qui captus amore Umbræ, vel ſolâ morte illam complexus eſt; unde revocatus in florem etiamnum vivit. Quanquam illud majori animos contemplantium admiratione incendit, quod ſubinde rediviva perpetuam

tuam degat ætatem, tamdiu futura, quamdiu hæc univerſi machina præſcriptum naturæ conſilio ſervabit ordinem. Mirabile dictu, vires ab hoſte ſumit, quibúſque vitam ademit eandem excitant, & quaſi animant. Nullas ætatum induit vires, nec pueritię nec ſenectæ imbecillitatem ſentit, ſemper adeò ejuſdem habitudinis atque roboris. Inviolata illi valetudo, nihílq; adeò quod corrumpere eam aut labefactare poſſit: etſi inimica naturæ ſuæ quamplurima experiatur. Quid incredibilem referam Umbræ agilitatem, quam excitatã promptitudine geſtus flexúſq; noſtros atque adeò omnis generis ſchemata imitetur? Quid ſummam velocitatem? cunctis corporibus jam propè ſita ſubhæret, jam longo disjuncta intervallo nihilominus corporibus adſiſtit. Illa fugientes cervos & aves præſidio pennarum altiſſimè evectas attingit: quin & per immenſos Oceani campos, ſive remigio ſive ferentibus actas ventis naves aſſequitur. Parva loquor. *Parthorum* jacula, aut ſi quæ alia ingenti emiſsâ celeritate conſequitur, & apprehendit: inde manifeſtus *Thaletis* [a] error, qui velociſſimum omnium rerum [a] *Diog. Laert.*

ſtatuebat

ſtatuebat mentem. Διὰ παντὸς γὰρ τρέχει, inquit, *nempe quia per univerſum diſcurrit.* At verò quid illa ſimile habet umbræ, & quid contra hanc poſſet, quæ ocyor Euro, incredibili pernicitate cuncta aſſequitur & contingit: Solíſque ipſius altitudinem & velocitatem, æmulâ celeritate imitatur & pari curriculo circumvolvitur. *b* Imò verò nequid diſſimulem, celeriorî motu ſolem præcurrit. Movetur enim Vmbra ad motum ſolis primum, ſive communem magis quàm proprium: ideóq; velocior illius eſt motus quàm Solis.

b Cleomedes Meteor. 1.

CAP. V.

Vis & potentia Vmbræ. Ad Mercurii ſtellam pertingit. Venus & Mercurius ſatellites Solis. Certæ ipſis metæ, quas relicto ſole non tranſeunt. Globus ſolis major terræ, ne luna aliáque ſidera luce ſuâ priventur. Triplici progreſſu incedit luna, ut umbræ incurſus declinet: inde Trivia. Petronius illuſtratus. Luna multiplici diverticulo vim umbræ evitare non poteſt. Eclipſis Lunaris quomodo contingat.

NEmo, ut arbitror, tam obtuſæ mentis, aut penitùs divinorum ignarus,

narus, quin hæc cum ſtupore recolat, & Vmbram tanquam præcipuum naturæ miraculum adoret. Vt autem inſtitutum pertexamus, vis ejus & potentia in medium protrahenda, quæ tam immenſa eſt, ut per ſingulas ferè totius univerſi partes ſparſa ſit, nihilque adeò in tota rerum natura, quin illam ſentiat præſentem: ideòque quod *Stoici* de Deo, qui vim ſuæ majeſtatis ſingulis inſinuat, & continuo, ut ita dicam, attactu in omnibus operatur: *Omnia plena Deo* appoſitè de Vmbra dixerim. Nã etſi conſilio naturę partitę ſingulorum vices videantur, & umbræ; quaſi ex ſorte, tenebrarum contigiſſe regnum: tamen tanta ejus potẽtia includi ſeſe hiſce terminis paſſa non eſt; tranſiliit præfinitos limites, & vim ſuam ad ſolis uſque vias, &

a *Cœli cavernas aureas* a *Varr.*

extendit. Nam ad *Mercurii* uſq; globum eam tranſcendere inter eruditos conſtat: qui tamen ut inſultus ejus ſive eluderet, ſive furtivo flexu declinaret, nunquam à ſole diſcedit, nec unquam illi, ſicuti nec *Venus* ex diametro opponitur. Atque ideò cùm nunquam à ſole digrediantur, ejus ſatellites dicuntur. Certas enim metas habent, ultra

quas

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

b Cic 2. de natura Deor. Mercurium plus unius, neque Venerem plus duorũ ſignorum intervallo à Sole diſcedere.

quas à ſole non diſcedunt. *b Venus* citra quinquageſimum, *Mercurius* citra trigeſimum gradum ſolem comitantur. Et ſanè prudenti inprimis conſilio, rerum naturæ parens, orbem Solis in hoc mundi clypeo magnum & ſpacioſum conſtituit. Niſi enim ingenti amplitudinis ſpatio terram excederet, Luna noctis decus exili omninò luce præmicaret; aut planè omni fulgore deſtitueretur. Quinimò limbus iſte præcinctus duodecim ſignis ſidereâ face incenſis, atq; adeò cœli iſthæc templa variato aſtrorum exornata cælamine, non ſpargerent almam hanc lucem, torvo quodam decore gratiorem, ſed quotidiè varios labores & defectus paterentur.

Tanta igitur, támque immenſa umbræ poteſtas, ut ſingulari providentiâ natura eam coercere coacta ſit, & certis carceribus definire, ne ſevera hæc luminis gratia, quibus pictis noctibus tot ſiderum faces contemplantium hilaritatem juvant, mundo periret. Cùm verò Luna creata ſit decus noctis, & in remedium tenebrarum à natura data, iratior Umbra quaſi præfixos limites tranſiliiſſet, & extra territorium imperium exerceret in ipſius regnum venire auſa,

illam

illam potiſſimùm aggredi eiq; inſidiari conata eſt.

Verita autem Vmbram Luna, mirificè adverſus illius impetum ſeſe muniit, & peritiâ planè gladiatoriâ, obliquato & flexuoſo inceſſu inſultûs ipſius fallere adnititur, paulùmque relictâ Solis orbitâ, jam ad boreales Zodiaci partes, jam in auſtrum divertit, & præter conſuetos illos duos motus, in latitudinem quoque progreditur: unde c *Apuleio multivaga*, & veteribus *Trivia* dicta, hæc enim d *Varonis* verba: e *Trivia Diana dicta eſt, quod in trivio ponitur fere in oppidis Græciæ: vel quod Luna dicitur eſſe, quæ in cœlo tribus viis movetur in altitudinem, latitudinem, longitudinem*: quo fortaſſis alludit f *Petronius Arbiter*:

Triplici vides ut ortu
Trivia rotetur ignis.

Quod niſi hâc ratione curſus ſuos explicaret; ſæpiùs illi laborandum eſſet, frequentíque defectu, ingens horror gentibus incuteretur: hoc ſaltem aſſecuta eſt obliquo iſto progreſſu, ut non niſi omninò intercedente quinto menſe lumine privetur. Ita enim in latitudinem progreſſa, umbram terræ ſecura evitat.

c *De Deo Socrat.*

d 6 *De lingua Latin.*

e *Etſi omnes ferè antiqui alias rationes cur Trivia dicta, adducant. Vide Proclum in Cratylum Platonis. Scholiaſt. Ariſtoph. item Theocriti. Porphyr apud Euſeb. præpart. Evang. l. 4. extremo.*

f *Apud Terentian. de metris.*

evitat. Nam ab Ecliptica quinque gradibus utrinque ſecedere poteſt, & hoc modo umbram facilè declinare. Atque hæc vera eſt ratio cur ſingulis menſibus Luna in oppoſitione non deficiat. Etſi autem laborioſo hoc itinere & multiplici diverticulo Vmbræ incurſus evitare conetur, fugere quidem illam, effugere tamen non poteſt. Nam terra in medio collocata, umbræ ſuę cuſpide ultra Lunam pertingit. Deprehenſa igitur in ſignorum articulis, ſive intra dimidium umbræ extenſæ ſpacium aliquam multis horis viduata luce obſcuratur. Quam ineluctabilem neceſſitatem cum ſibi impoſitam cerneret, quo citiùs elaberetur, & ereptum fulgorem recuperaret, ita ſe compoſuit ut in oppoſitione altiſſimum obtineat locum, & velociſſimo feratur curſu.

CAP. VI.

Potentia Vmbræ in moderandis hominum, gentium, rerumpub. fatis. Antiſcia. Magna illorum vis & utilitas in colligendis fatorum viis.

QVanquam nec contenta quidem Vmbra inſidiari præcipuis mundi corpo-

corporibus, eorúmque non tam æmulari poteſtatem, quam debilitare, in ipſo cœlo temperare hominum fata videtur: quid cuique proſperum, quid lethale, arbitratu ſuo diſpenſat, qualem quiſque ſortem cœleſtium benignitate obtineat, nutu ipſius diſponitur, lætitiæ mœroríſque cauſæ ſingulis ab eadem promanant. Enimvero ſi recipiamus auctoritatem illorum, qui inexplebili ſtudio contemplandi è terreno hoc domicilio ad ſuperum ſedes emigrârunt, fata mortalium exploratione acuminis in cœli plagis, inter radiantes, ut *Plato* loquitur, Deos, ſcrutari maximam vim Vmbræ in moderandis hominum fortunis ſtatuamus omninô oportet.

Solem enim & Lunam, præcipua cœli lumina, imperium in nos exercere inter eruditos convenit: ideóque ſimili modo nos adfici & paria cum illis pati diſpendia, paria ſentire detrimenta neceſſe eſt. Illud verò tum demum intelligimus, cum interventu umbræ deficiunt & lumen amittunt. Iſtiuſmodi igitur labores ſive deliquia naſcenti ingens malum portendunt: & illud quidem graviſſimum, cùm in cardinibus

fiunt: quorum pernicioſiſſima, quæ in angulo genituræ in locis ſcilicet nativitatis; *a* vehementiora ſanè quæ in cardinibus contingunt, oportet, cùm prima ſint mundi loca in quibus Planetę præſides imperium exercent.

a Ptolimæus, ſentent. 24.96.

Infortunii verò quod natum perſequitur aſperitas, ratione defectûs & conſtitutione locorum cœleſtium, in quibus contingunt, colligenda eſt: gravior ſanè & infeſtior ſi longiores fuerint eclipſes. Quòd ſi defectus in ſigno adſcendenti in alicujus genitura; mala corporis atque adeò vitæ portendit: ſi verò in angulo medii cœli; prænunciat ignominiam, aliáque dignitatum detrimenta, quibus potentiorum ira deſævire ſolet. At verò ſi in illo ſigno defectus contingat, quod imum in nativitate, timenda eſt jactura patrimonii, aliáque id genus damna. Et ne errore ſeducamur, non tantùm ad privatam fortunam hæc pertinent: gentes ipſas & populos latè ſparſos, potentiſſimas urbes, & magna imperia petunt: calamitates publicas, ſtrages populorum, excidia & ruinas magnarum civitatum, & converſiones rerum publicarum minantur, imò inducunt: quæ tamen quibus regio-

regionibus aut gentibus, quibus potiſſimùm immineat imperiis climata ſive declinationes mundi oſtendunt, ut obſervatione peritorum conſtat. Et ne planè inopinantes graviſſima hæc mala opprimant, & tanquam in tenebris ad illa majori damno offendamus, ſed præviſa conſilio evitemus, benignior conceſſit Vmbra. Nam ex defectus ſpacio, menſem & diem infortunii colligere docuit eruditos. Et Solaris quidem eclipſis horæ, annos notant quo ſcilicet ſpacio curſum ſuum conficit. Lunæ verò eclipſis horæ ſingulos menſes indicant. Dies verò eorûmque certum numerum, horæ & minutæ illarum partes prænunciant. Magnam præterea vim & propè incredibilem uſum Antiſciorum in colligendis fatorum viis, periti *b* iſtarum artium prodiderunt. Sæpè enim in conſtituenda genitura ſtellæ mutuo radiorum reflexu ſeſe non contingunt, ſive, ut illi loquuntur, ſeſe non adſpiciunt: inde plurimi effectus ſiderum, & infinitæ eorum ſignificationes penitùs involutæ latent, unde graviſſimi naſcuntur errores & incerta futuri præſagia. Confugiendum igitur ad antiſcia, & indagandum an per an-

b *Firmicus Matheſ. lib. 2.*

tiſcium ſociata illuminatione componantur: quem ſi ea ſpecie ſparſerunt, ut trigona, quadrata, vel hexagona irradiatione jungantur, eadem decreta ſtellarum, quę in ſimplici conſtitutione: unde facile curioſa inveniet diligentia quæcunque in perſcrutandis hominum fatis colligere ſatagit. Minimè igitur ambigendum, triſtitiæ & gaudii cauſas mortales ex Vmbræ nutu capere: illam fata noſtra temperare, & quos felices, quos ærumnoſos velit ejus decreto pendere.

CAPUT VII.

Umbræ potentia in mundo inferiore. Regnum tenebrarum ceſſit Vmbra. Regina noctis. Hecate νυχία. Nox poetis umbra. Homero θοὴ, ejus appellationis ratio.

NEc minor umbræ potentia in hoc inferiori mundo. Nam ut concedamus naturæ parentem & architectum hujus orbis congeriem iſtam rerum inordinatam digeſſiſſe, & unumquodque ſuis deſtinâſſe functionibus, puriorémque materiam elegantiſſimæ huic moli, quam ab ornatu Mundum appellamus,

lamus, ſeparâſſe, eíque inſeruiſſe lucentes iſtos ſtellarum globos, qui decorã luce adſpectui noſtro blandiuntur; terræ verò hunc orbem ſuo pondere in medio ſuſpendiſſe, ſedémque & domicilium variis conſtituiſſe animantibus: Vmbram nihilominus liberam, nullíque certæ ſedi alligatam reliquit; Principem utique & nullis vel ſaltem latiſſimis circumſcriptam terminis. Sint igitur cœlo ſuo adſignata lucida illa corpora; totúſque hic orbis infernus Vmbræ ſubjectus, ſedes *Erebi, Plutoniſq́; domus*, & ſi quæ alia tartari habitacula Poëtis decantata; totáque adeò illa inferorum regna ſparſis undique oppleta tenebris:

Acheruſia templa, alta Orci, pallida Lethi, obnubila, tenebris obſita loca

hæc igitur propria illius ſedes: in qua cuncta ejus imperio & nutu reguntur.

a *Imperitat furiis & dictat jura Megæra.* — a *Prudent. contra Symmach.*

Audis illa veteris Poëtæ:

Speluncas ſaxis ſtructas aſperis, pendentibus Maximis; ubi rigida conſtat b *craſſa caligo inferum* — b *Apud Cic. 1. Tuſcul.*

Vnde animæ excitantur obſcura umbra, aperto oſtio Alti Acherontis:

Opaca narrantur hæc loca, obſcura, tenebricoſa: imperio igitur ipſius ſubjecta,

jecta : unde & ipſá optimo jure νυχία : ita enim appellabant *Hecaten*, quod obſcuris inferorum locis latè imperabat. c νύκτα γὰρ τὸν ἀφώτιστον τόπον φασί. Regina igitur tenebrarum in opacis imperium exerceat : tamen quod inter præpotentes ſolet, incenſa æmulatione alienæ potentiæ, vires imperii ad ſupera propagare ; penè ipſius Solis Lunæque globos adoriri auſa eſt. Vnde rectè de Vmbra quod *Prudentius* de *Proſerpina*.

c Scholiaſt. Apollonii Argonaut. lib. 3.

d Et regnare ſimul cœloq; Ereboq; putatur.

d Contra Symmach.

Sed ne imperia confuſâ juriſdictione miſceantur, reducamus Vmbram ad hæc tenebrarum regna : noctis igitur imperium illi tribuamus neceſſe eſt. Certè ejus nutu, ſi cum Poëtis ſentire liceat ; equos ſuos currui jungit, & ejuſdem imperio

Laſſa nocturnæ levat ora e bigæ.

Sanè ſive principem, ſive matrem noctis ſtatuamus Vmbram, nulla ſine ejus adminiculo nox exiſtit. Nihil enim aliud nox quàm Vmbra terræ : ſeu ut *Baſilius* deſcribit : νὺξ ἐστὶ σκίασμα γῆς ἀποκρυπτομένε ἡλίε γινόμενον. Quod rectè obſervantes Poëtæ noctem ejúſq; comitem

e Bigas nocti tribuunt & quadrigas Varro 4. de Ling. Lat. Proport. l. 3. Eleg. 4.

mitem Vmbram ſemper memorant.

Cœperat horrenti, ait f *Statius*, *Phœbum ſubtexere palla*
Nox, & cæruleam terris infuderat Vmbram.

f *Thebaid. 2 & paſſim Apollon Argon. lib 3. Virgil. Æneid. Ovid Metamorph. 7.*

& apud g *Virgilium*.

— — ruit Oceano nox
Involvens Umbrâ magnâ terrâmque polûmque.

g 2. *Æneid*

ipſáque nox Poëtis Vmbra, ut in illo ejuſdem *Virgilii* :

Et medium luci atq; umbris jam dividit orbem.

Intelligit enim æquinoctium, ſive paria diei & noctis ſpacia. *Homerus* noctem θοὴν appellavit, ſive ὀξεῖαν, non quòd curſu ſit acuta aut velox, ſed quòd figura ejus in acutam deſinat lineam: Noctis enim umbra extremitate in mucronem terminatur: atque ita illa *Homeri Heraclides Ponticus* interpretatus eſt. Quicquid igitur laudis & gloriæ antiqui ducti ingenioſâ pietate nocti tribuerunt, illud optimo jure Vmbra ſibi vindicat, ſuúmque agnoſcit. Ideóque cùm *Orpheus* & *Heſiodus* Noctem Deam commendant, ejúſque beneficia & potentiam hymno celebrant: *ſiderum matrem* &

nutricem mirificè extollunt : iſthæc omnia de Vmbra Dea dici exiſtimandum eſt.

CAP. VIII.

Vmbra hominum animos religione imbuit. Religio ex metu. Metus ab Vmbra Ingens mortalibus horror ex lunari eclipſi. Magicis carminibus lunam cœlo deduci, & ſpumas exſudare coactam vulgò creditum. Vnde & periclitanti perculſo are aut clamore ſuppetias ferre conabantur.

ADde quod humanos animos feroces & confidentiâ exultantes cultu imbuit Vmbra, & religione incendit. Si enim verum eſt, quod ille ex antiquis ſcriptum reliquit:

Primus in orbe Deos fecit timor,

metus iſte, qui feros & jugo inſuetos fregit & debilitavit, ſpiritúſq; inſolentia in contemptum tumidos ex ſuperbię arce dejecit, Vmbrę debetur. Illa conciliavit animis imperio aſperis formidinem; unde iſte cultus, quem religionem appellamus. Etſi enim à *a* Sapientibus tradita diſtinctio : Deum à religioſo amari, à ſuperſtitioſo timeri · quorum illud, ingenui ; hoc verò, ſervilis & anguſti

a Varro apud Auguſtin. de Civit. Dei lib. 5.

guſti animi: tamen ipſa reverentia, & pronus obſequio animus admixtum timorem habeat neceſſe eſt. Hunc princeps noſtra concitat ac retinet. Neque enim temerè exiſtimandum eſt, ſi tranquillâ ſemper tempeſtate, amœna illa mundi lætitia nunquam interrupta atris nubibus arriſiſſet, ſi pacatis omnibus, rerum hic ordo certo curriculo ſive exerranti aliquo veſtigio impoſitis partibus functa, fieri potuiſſe ut mortale genus inſolentia efferatum cœli hæc templa ſuſpiceret, & Deos imaginaretur.

Sed

— ardua cœlo
Fulmina cùm caderent, diſcuſſaq; mœnia flammis,
Atque ictus flagraret Athos:

tum verò ingenti perculſi horrore numina, & eorum horrendam poteſtatem animo conceperunt. Nempè cùm animadvertiſſent cieri prælia ventorum, & mugitus in terræ viſceribus expreſſos exaudiſſent, incenſóſque cœlitùs montes ætheri igneos revomere globos, extinctum Solis jubar, & totam cœli regiam confuſam perterriti vidiſſent; tum demùm junctis manibus obverterunt

ora ad has ſuperum ſedes, indéque timido murmure nuncupata vota, dedicata templa, hoſtiarum fuſi cruores, varíque inducti ſacrorum ritus, quibus cœlitum iras delinirent, eóſq; volentes & propitios redderent. Quis enim quæſo tantæ audaciæ, tam intrepidi animi, cui conſpicienti hos Lunæ labores, Vmbræ potentiâ excitatos, ſanguis non refugiat? quos ne nunc quidem ſine ingenti horrore ſpectamus; cùm tamen ſagacitate contemplantium prodita eorum ratio. Confuſus enim videtur ordo univerſi; ipſámque rerum naturam pati quodammodo mortales geniti credimus. *Archelaus Macedonum* Rex deficiente Sole claudebat regiam, & tanquam in communi luctu filium tondebat: quam humanæ mentis imbecillitatem ſenſerunt *b Steſichorus* & *Pindarus*, vates Deo pleni, in defectibus ſtellarum ſcelera aut mortem aliquam ſiderum veriti. Simili modo poſtquam obſcurari ceperat Luna, & diverſis coloribus picta ac maculis conſperſa videretur, ingens horror *Macedonum* caſtra invaſit, unde *c Romanis* parta victoria. *Nicias d* ob eoſdem Lunæ labores animo conſternatus & metu

b Plin. l. 2 cap. 12.

c Plutarch. Paulo Æmilio.

d Plin. l. 2 c. 12. Plutarch. in Nicia.

metu perculſus, portu educere claſſem veritus, opes *Athenienſium* mirificè afflixit. Ita cum legiones *Pannonicas* imperante *e Tiberio* ſeditio inceſſiſſet, & milites tumultus cruentos excitarent; nocte claro cœlo langueſcere viſa eſt Luna; defectionem hanc ſideris milites ad conatus ſuos traxerunt: cúmque ortæ nubes conditam tenebris Lunam viſu ſubduxiſſent, ſua facinora aversari Deos exiſtimârunt, eâque ratione compoſita ſeditio. *Anaxagoras* cùm ſiderum motus & cauſas defectuum deprehendiſſet, non auſus eas proferre, furtim inter paucos verſabatur. Nam tacitus quidam horror hominum animos occupârat, ut etiam, horum mentionem timerent & averſarentur. Vulgò recepta opinio, carminibus Magicis curſum Lunæ inhiberi, & cœlo eandem *f* deduci, cogíque *g* ſpumam in herbas ſubjacentes effundere, quâ ad Magica ſacrificia uterentur. Vnde timidi & in ſuperſtitionē proni ſono *h* æris periclitanti auxilium ferre conabantur. Res planè vulgata, & multis veterum teſtimoniis nota. Et ſanè quod mireris tam altè hic error inſederat, ut ne *i* Chriſtianis quidem evelli potuerit.

e Tacit. Annal. 1.

 f Virgil

f Virgil. Pharmacent. 4. Æneid. Petron. Satyr. Horat. Epod. 5. Ovid. Epiſt. Hipſyp. 2. Amor. Eleg. 1. Tibullus lib. 1. Eleg. 2. Claudianus 1. in Rufinum. Lucianus Philoſpende. Apollon. Argonaut. lib. 3. & ejus Scholiaſtes,

g Lucanus lib. 4.

Et patitur cantu tantos depreſſa labores
Donec ſuppoſitas proprior diſpumet in herbas.

Apul. 1. Mileſiar. *lunam deſpumare*. Valerius Flaccus:

– Athracio lunam ſpumare veneno.

h Plutarchus in Paulo Æmilio. Tacit. Annal. 2 Livius lib. 26. Ovid. 10. Metamorph. Juvenal: Sat. 4. Seneca Medea, & Hippol. Rationem hujus ſuperſtitionis fide hiſtoricâ ex ritib. Ægyptiorum petunt, qui Iſidem peculiarem Deam ſuam, tinnitu æris & ſono ſiſtrorum venerabantur, ut tradit Plutarchus lib. de Iſide & Oſiride, & Firmicus de errore perſonar. religion. Alii exiſtimant ideò æra pulſâſſe auxiliaria, ut ſonitu carmina abigerent, quibus Lunam obſeſſam credebant. Scholiaſtes Apollonii Argonaut 3. Rem enim validiſſimam æris ſonos putâſſe Græcorum

ve-

vetuſtiſſimos auctor Macrobius Saturnal. 5. cap. 19. Notanda ſunt illa Alexandri Aphrodiſæi lib. 2. probl. 46. κινοῦσι δὲ χαλκὸν καὶ σίδηρον ἄνθρωποι πάντες, ὡς, ἐλλείποντος τοῦ ἡλίου καὶ τῆς σελήνης, τοὺς δαίμονας ἀπελαύνοντες. διότι κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον οἱ φωστῆρες οὐκ ἐπιπέμπουσι τῇ γῇ ἀποῤῥοίας ἀγαθοποιοὺς, κωλυτικὰς τῶν φαύλων δαιμόνων. *Complures*, inquit, *mortalium movere æs & ferrum, ut deficiente Sole & Lunâ ſpiritus malos abigant: Nam illo tempore luminaria non ſpargere beneficos influxus, quibus maligni ſpiritus repelli poſſint.*

h Vide Homil. Maximi Taurinenſis, & Auguſtini, ſi tamen ille auctor, de rectitudine Catholicæ Fidei.

Cap. IX.

Antiquiſſima religio, cultus umbræ. Deos in lucis aut ſpeluncis adorare mos veterum. Pleriſque familiaris hæc ſuperſtitio. Vmbra lucos & nemora ſancta & religioſa reddit: eâdem ratione ſpecus & antra, item arbores & ſtagna ſacra. Sol nomine Mitræ apud Perſas in antra cultus. Nocturna ſacra adjuvante

vante Vmbrâ horrenda. Vmbras occiſorum perſequi homicidas opinio veterum. Vmbræ adminiculo ſpectra prodeunt. Opinio ſive error quorundam Philoſophorum, ſpectra ob tenuitatem corporis clarâ luce non apparere, ne diffluant contacta telis diei: noctu vero ob frigus coaleſcere & oberrare. Virgilius explicatus.

HOrror igitur iſte, quem Vmbræ metuentibus conciliat, multiplices has religionum obſervationes peperit. Inde illa ſilentia myſteriorum obducta tot ſipariis, ut major formido & religioſior metus oboriatur. Et ne quærentibus veritas ſeſe ſubtrahat: intueamur tantiſper naſcentium ſacrorum primordia. Etenim priuſquam religionum iſtæ diverſæ innotuiſſent leges, ut nonnullis numinum nocturnis, aliis diurnis fieret ſacris; hi verò occultis, illi manifeſtis delectarentur ceremoniis: antequam inſtituta immortalium honori agmina pomparum, officia Sacerdotum, ſuſpenſæ exuviæ, immolatæ victimæ, aut ſi quæ aliæ ſacrorum differentiæ; ſimplex & antiquiſſimus cultus in luco conſecrato, tacito quodam

dam horrore adorare Vmbram. Hæc priſcis temporibus, cùm adhuc frugalitas & incorrupti mores placerent, numinum fuerunt templa: non eboris nive, nec auri flammeâ luce prænitentia; ſed diffuſa denſiori umbrâ religioſâ. Hæc ſacra veteribus delubra, in quibus purâ & incontaminatâ mente, nullo imbutam ſcelere conſcientiam Deo offerebant: gratiori haud dubiè ſacrificio, quam ſi opima deauratis cornibus victima cecidiſſet. Antiquiſſimum & gentibus paſsìm receptum hunc morem numina in lucis aut ſpeluncis colere teſtis eſt *a Plinius*: *Hæc* (de arboribus loquitur) *fuere numinum templa, priſcoq́; ritu ſimplicia rura etiam nunc Deo præcellentem arborem dicant. Nec magis auro atque ebore fulgentia ſimulacra, quam lucos & in iis ſilentia ipſa adoramus, & majores noſtri inprimis lucos ac nemora conſecrârunt, Deorúmque nominibus appellârunt*: quod & de aliis gentibus priſci *b* auctores prodiderunt: de *Gallis Lucanus*:

a *De Natural. hiſt. lib.* 12.

Lucus erat longo nunquam violatus ab ævo
— hic barbara ritu
Sacra Deûm —

b *Tacit de morib. German. Claudia. lib. de laudib. Stilicon.*

Hæc

Hæc autem colendi Deos ratio tam familiaris, ut niſi quiſpiam lucum conſecratum in villa habuiſſet, extremæ impietatis argueretur: hunc ſolum contemptorem Deorum ſupra omnes Mezentios contumaciâ evectum publico voto damnarent & proſcriberent. Quo unico argumento ſubnixus *Apuleius*, *Æmylianum* accuſatorem impium, & deriſorem rerum divinarum, infami ſanè elogio judicibus proſtituit. Ne dicam tantâ religione támq; ſuperſtitioſâ obſervatione hunc ſacrorum ritum frequentatum, ut nefas arbitrarentur *c* lucum in via oblatum feſtinè præterire. Lege ſacrorum pauliſper *d* adſidebant, & poſtulatâ veniâ adſignabant votum; quod niſi ritè impleviſſent, inexpiabili flagitio ſe inquinatos exiſtimabant. At verò unde hæc orta religio, aut quid tandem hunc cultum tam moroſè ſolicitum lucis conciliavit? Sola umbra; quæ lucos ſanctos & venerandos efficiebat: quid enim aliud lucus, niſi in quo non luceat locus? hoc & *e Seneca* confirmat, cujus verba: *Si tibi*, inquit, *occurrit vetuſtis arboribus ſolitam altitudinem egreſſis frequens lucus, & conſpectum cœli denſitate ramorum aliorum alios pro-*

c *Apuleius Florid.*
d *Tertul. de Orat.*
e *Ep.* 41.

protegentium ſubmovens, illa proceritas ſilvæ, & ſecretum loci, & admiratio Vmbræ, in aperto tam denſa atque continua, fidem tibi numinis facit. Vnde ſpecus atque antra pari modo ſacra & veneranda. Sanè religioſam moram objicere viatori *ſpeluncam frondibus umbratam Apuleius* Philoſophus ſcriptum reliquit: ipséque Sol inter radiantes Deos præcipuus, quem omnium gentium ſuperſtitio ſummum & præſens numen vario ſacrorum ritu venerata eſt, apud *Perſas* nomine *f* Mitræ (ita enim propriè appellatum, *Oſthanes* tradidit) incinctus tiarâ, ut *Tertullianus* ait, *Perſico* habitu bovis cornua manibus comprimens, in ſpelęo, in caſtris tenebrarum religiosè cultus fuit: atq; ideò in *g* antro quod eclipſin pateretur. Mireris nunc Vmbram religionem conciliâſſe templis: cùm ipſe Sol, lucis autor, ritè propitiari non potuit, niſi Vmbræ præſidio, cui ſe ſubmiſſit, & ab ea penè extingui ſeſe paſſus eſt. Nec aliam ob cauſam *h* arbores conſecratę & cultæ fuerunt. Quid enim hominum animos religione percutere poterat, niſi vertex procerior, & læta ramorum propago, laxis veſtita

f Tertullian. de corona militis. Proclus de Nymph. antro. Hieronym ad Lætan.

g Lactan. ad illa Statii Thebaid. l Perſei ſub rupibus antri.

h Tacit. de morib. German. Max. Tyrius Serm. 3.

veſtita frondibus, quæ denſiori umbrâ cœlum tegebant, indéque mortalibus opinionem numinis concitabant. *Quin & ſtagna quædam*, ut ait idem *Seneca*, *vel opacitas vel immenſa altitudo ſacravit*. Quid commemorem ſacra nocturna? horrenda illa & oppido extimeſcenda: cruenta libatione i & vi carminum immania, qualia illa apud antiquos peracta in triviis; ſtridore animalium adjuta. Nulla ſanè, nec tam dire potentiæ, niſi ab Vmbra horror accederet. Nullas vires haberet fremor ille verborum, & carminum adjunctæ neceſſitates, niſi tenebris adjutæ. Quid referam obvias ſpecies mortuorum? oberrantes animas ſive illarum ſimulacra, umbratili circumamicta nebulâ: qualis illa apud *Petronium*:

--inter tumulos atque oſſa carentia buſtis
Vmbrarum facies.

Quid recenſeam k Vmbras facibus armatas, & pœnas ab hoſte exigentes? qualis illa *Virgiliana Dido*, quæ minatur ſe omnibus locis adfuturam, ut improbus *Æneas* meritas pœnas daret. Adde lemurum effigies, terriculas Manium, aut quidquid eſt ſpectrorum & larvarum,

i *Apollon. Argonaut. l.3. & ejus Scholiaſt.*

k *Vmbras occiſorum perſequi homicidas opinio veterum, Plato l. de legib. Plutarch. in Cimon. Apuleius Mileſ. 7. Sueton. in Calig.*

larvarum, quod ſupremæ Dæmonum poteſtates mortalibus ſive ad ludibrium, ſive ad terrorem aut pœnam objiciunt: omnia iſthæc Vmbræ adminiculo producuntur, illâ circumfusâ prodeunt; ab illa veſtitum & habitum ſumunt. Imò ſi rectè ſentiunt nonnulli *l* Philoſophorum ne conſpici quidem, nec oculis noſtris ſeſe ingerere poſſent, niſi Vmbra adeſſet & conatus juvaret. Aërio enim, tenui, & humido ac proindè diffluenti corpore concretos ſtatuunt genios. Cùmque aërio liqueſcant calore, & tenuiora facta diſſipentur; frigore vero cogantur & coaleſcant: manes ob calorem lucis interdiu minimè conſpiciuntur, noctu verò apparent; cum ſcilicèt circumjectu nocturni frigoris corpus denſatum aſſumpſerunt. Vnde nata opinio nocturno tantùm tempore ejuſmodi ſpectra in terrorem immiſſa oberrare: clarâ verò luce ipſis perire vim omnem, nec hominibus conſpici: hinc umbra *Anchiſæ* oriente ſole cogitur dimittere *Æneam*.

l Porphyrij hic error in lib. de Nymph. antro, à quo tamen haud longè recedit Pſellus, qui cenſet Dæmones connexionem, quandam habere cum phyſicis corporibus.

Et me ſævus, inquit, *equis oriens afflavit anhelis*.

Ita *Æneas* apud *Virgil*. *m* imaginem *Anchiſæ* Patris noctu ſeſe terrere adfirmat.

m 4 *Æneid.*

Ma-

Me patris Anchiſæ, ait, quoties humētibus umbris
Nox operit terras, quoties aſtra ignea ſurgunt,
Admonet in ſomnis, & turbida terret n *imago.*

n *Vide Propert. l.4. Eleg.7. Stat. Thebaid.2. ubi de Vmbra Laii.*

Quare nos ſacra familia *Platonica*, qui nihil amamus, nihil novimus, niſi feſtum, ſuperum, lætum, amœnum, propitiam hanc nobis Deam vovemus: profana verò iſthæc turba, inops religionis, atque fuſcæ iſtæ, & tartareæ animæ iram ejus præſentem ſentiant & experiantur.

CAP. X.

Vmbra per univerſi ſpacia latè ſparſa. Nihil illi præcluſum: omnia penetrat & perveſtigat. Secretis noſtris intervenit: conſcia arcanorum perpetuò obhæret & aſſectatur. Scelera noſtra illi cognita. Conſcios facinorum accuſat, & tormentis inquieti ac ſancii animi excruciat.

SEd ne religioſæ Vmbræ potentiæ præter inſtituti præfixam normam immoremur, ad alia ſecedamus; quæ non minùs ſtupenda & memoratu digna ubiq; ſe offerunt: quòd nemo mirabitur qui latiſſimos ejus fines, & ſingulis ferè naturæ partibus intervenientem novit.

novit. Multa quidem naturæ admiranda, quæ mortalium animos opificis admonere poterant: meritò tamen inter illa principem locum obtinet Vmbra, quæ animos rectè conſiderantium tantâ admiratione incendit, ut, quod [a] *Horatius* ait, *defixis oculis animoq́, & corpore torpeant*. Illa imperium ſuum non tantùm longè latéque per totius univerſi regiones extendit: ſed invitos ſuſcipere coëgit. Fugientes aſſequitur: captantium eludit manus. Nihil adeò abſtruſum, tot repagulis, tot portis obſtructum, quo non penetret liberrimo acceſſu. Nulli adamantinâ firmitate muri, aut ferreis obſeratæ clauſtris fores intrantem excludunt. Nulla tam munita regia, tam forti ſtipata ſatellitio, tam ſedulâ aut pervigili tutela, quæ impetum ejus cohibeat. *Xerxes* ille, aut ſi quis alius impotenti actus ferocitate, qui toti ferè naturæ compedes injicere conatus eſt, accedentem Vmbram tot copiis, quibus epota flumina, quorúmque ſagittis Solis lumen obſcurare tentârat, ſubmovere non potuit. Omnia perveſtigat: omnia luſtrat: Olympi ardua: Cocyti penetralia. *Plutarchus* [b] tantam *Lyncei* perſpicacitatem memorat, ut per

a *Lib. 1. Epiſt.*

b *Adverſus Stoicos.*

per ſaxa & quercus viſu penetrare potuerit: hoc verè de Vmbra dixeris. Aperta illi omnia: nec terræ hæc extima, nec inferni ſubmerſa præcluſa ſunt. Omnibus locis ſparſa eſt: omnibus miſcetur:

Nec ſcopuli rupeſq́ cavæ, aut objecta retardant
Flumina ---

Sanè & nudos aſſectatur, illâſque pererrat partes, quas ne ad cognitionem quidem verecundi admittere ſolemus. Impunè illa inter Nymphas furtìm lavantes nudam vidit *Dianam*, imò levitate ſuâ ſuſpensâ attrectare auſa eſt membra lacte & ſanguine fluentia. Etſi enim ſemper periculoſum habitum alienis intervenire ſecretis: nec impunè quiſpiam, quòd non licuit, adſpexit: tamen illa ſpreta emergenti hâc clade, omníque adeò periculo, cùm ita viſum aut res poſtulat invitis nobis irrumpit: ſecreta rimatur, eáque nebuloſo pallio ſuo obvelando, ut dicam, detegit. Tot nefariæ religiones, paſta ſanguine & libidine ſacra: tot infanda & immania ſcelera, quibus ſacerrumi mortalium damnata obligarunt capita, illi perſpecta & probè cognita, quæ obducta nigricante

-gricante peplo recondita ſervat, donec juſtæ punitioni nudata proſtituat. Quare quod ſapientibus ſalubriter monitum accepimus, nunquam nos ſolos; ſemper adeſſe genium, ſpectatorem operum, imò cogitationum noſtrarum: cujus præſentia prohibiti, ſcelera caveamus, ne accuſatorem lateri affixum, perpetuò feramus: idem illud de Vmbra adſerere non verebor. Eam inſtantem & penè dixerim alligatam habemus, obſervantem conatus noſtros, quibus aut leges aut officia, quorum latiſſima eſt ratio, violamus. Proinde & eandem in hoc conſcientiæ tribunali accuſantem nos & teſtes producentem habemus. Individuo affectatur comitatu, flagris latera adurit, & jam cicatricem obducentia, repetito per intervalla ictu dilaniat, toties ſuppurato ulceri ungues immittens, ut cruciatu ſubinde majori recrudeſcat.

-- *hæret lateri lethalis arundo.*

quam non *Machaon*, non *Pindalirius* eximat, ſed Vmbræ metus, cujus veriti adſpectus à delictis abſtinemus. Quin igitur hâc Oratione erecti, innocentiam ſanctóſq; mores affectamus, pervigili Vmbræ cuſtodiæ nos permittentes.

Cap.

Cap. XI.

Audacia Vmbræ: inermis, acies ad prælium inſtructas aggreditur. Mira ejus agilitas: ad alienos motus movetur. Heroicis temporibus Dii cœtus hominum petentes umbrâ incincti prodierunt, & circumfuſos umbrâ hoſtili adſpectu ſubduxerunt. Præſidio Vmbræ ſæpè parta victoria. Quæcunq; horrida & noxia rerum natura conſtituit, Vmbra ſine periculo aut damno contingit.

QUanquam hæc ferè vulgata, & fugientibus tranſcurſa: illud verò ritè advertenti ſummæ potentiæ & fortitudinis videbitur: quòd Vmbra projectâ penitùs audaciâ inermis in medias penetret acies, omnis planè expers formidinis. Armatas perrumpit phalanges, & immixta hoſtili globo, cuneos militares tranſit: terret equos ſimul & viros, & ex ingenti totius exercitus ſtrage ſola ſine vulnere elabitur. Quod tamen ejus temeritati minimè tribuendum eſt, quaſi prodiga ſui, in tam enorme periculum ſeſe præcipitet. Conſcia virium atq; adeò admirandæ agilitatis nullum detrectat aut timet periculū; ſive enim

inſidias ſtruxeris, eas vel occultas facilè præcipit: ſive manum intentare pares, antequam ferias, declinat ictum. Vnde animosè & verè apud *Sympoſium*:

Inſidias nullas vereor de fraude latentis.
Nam Deus attribuit nobis hæc munera formæ (*ipſe movetur.*
Quòd me nemo movet, niſi qui prius

Ne dicam Vmbram, quod *Plautinus* miles de clypeo ſuo gloriatur, oculorum aciem hoſtibus præſtringuere. Vnde & Heroicis temporibus, cùm Dii immortales congreſſus noſtros frequentabant, ſive auxilio ſuis adeſſent, ſive aliâ quâvis de causâ cœtus noſtros viſere dignarentur, umbrâ incincti profanos obtutus arcebant: ut illa apud *Homerum Minerva*, quæ *Græcorum* exercitu cohibendo *Achilli* miſcetur: & adud [a] *Statium*, a *Thebaid.* 2.

--fuscâ volucer Deus obſitus umbrâ
Exſilit ad ſuperos--

ita & alios umbra circumfuſos à contactu & adſpectu hoſtili muniebunt, ut *Virgiliana Venus*

--obſcuro gradienteis aëre ſepſit: (*ctu.*
Et multo nebulæ circum Dea fudit ami-
Cernere ne quis eos, neu quis contingere poſſet.

b *Odyſſ.* 7. *Minerva* apud [b] *Homerum Vlixen* ſimili veſtitu abſcondit. Sanè objectum umbræ velamentum adverſus hoſtilem impetum mirificè profuit: eóque præſidio in ancipiti & cruento conflictu ſæpiùs parta victoria. Rex *Ponti Mithridates*, terror *Romanorum*, nocturnâ pugnâ cum *Pompeii* exercitu congrediebatur; *Romanis* Luna à tergo ſeſe in in occaſum inclinans præbuit, *Ponticis* verò adverſa, faciem atque adeò oculos feriit: inde evenit, ut longiùs cadentes umbras tanquam hoſtium corpora peterent, haſtíſq; temerè & irrito conatu emiſſis, ipſi *Romanis* ex occulto jaculantibus exponerentur. Seceſſerat Vmbra in partes, & *Romanis* militabat; quibus victoriam peperit. Eodem umbræ

c *Tacit.* 3. *hiſtor.* præſidio [c] *Flaviani Vitellianos* milites vicerunt. Cùm enim adultâ nocte dimicarent, Luna *Flavianis* à tergo; hinc ſparſæ majores equorum militúmque umbræ, indéque vano ictu tela hoſtium quaſi corpora vulnerâſſent, decidebant. *Vitelliani* verò adverſo lumine conſpicui petentibus offerebantur. Ita um-

d *Saluſtium bello Iugurthin.* bræ auxilio *Marius* quoque [d] *Iugurtham* delevit: adeò ſemper victor pop. *Romanus* ſalutare præſidium Vmbræ

adverſus hoſtes expertus eſt. Equidem magna hæc ſunt & propè jam incredibilis audaciæ: quibus tamen plurimum decedit ſi rectè attendas, omnibus iis quæ in rerum natura horrenda, violenta, ſolam Vmbram exceptam, noxium illorum furorem ridere, & ludibundam transvolare. Horrida *Ætnæ* & *Veſuvii* incendia, aut ſi qui alii ardentium terrarum rogi: intrepida tamen illis immiſcetur, nec ſui jactura flammam paſcit. Non fulminum tangunt ignes: nec peſtilentia ſidera afflatu nocent. Maria concitata præliis ventorum, & vaſto diducta hiatu; non abſorbent illam, nec ſubmergunt; advolans ludibunda uvidis enatat alis. Noxiæ inprimis lacus venenoſæ uliginis; & voragines halitus peſtiferos ſpargentes, in quibus Ditis ſpiracula memorant: has tamen ſine damno tranſit Vmbra, nec ullâ ſpiritûs contagione corripitur. Quid verò cùm occulti ſpiritus, per concavas partes terræ errantes, orbem concutiunt; aut anguſtiis incluſi, nec invenientes exitum, violentia erumpunt, unde communi gentium atque adeò totius univerſi exitio diſſilit tellus? ſola umbra omnẽ clade excepta eſt, *ſi fractus illabatur*

 orbis,

orbis, ſola illa inconcuſſa, imò verò ſi totius univerſi ordo converteretur, terra compagibus ſuis ſoluta corrueret, & diſtinctæ hæ rerum moles in antiquum chaos ſolverentur, nihil inde ad Vmbram damni, aut periculi, imò ne levem quidem ſentiret mutationem. Nam tum demùm verſis naturæ vicibus inciſæ vires umbræ, integræ reſtituerentur, tum demùm agnoſceret priſtinam majeſtatem & totum imperium exerceret, quod nunc ordine mitioris naturæ cum aliis diviſum habet.

CAP. XII.

Vmbra ingenium & ſolertia. Tres umbrarum ſpecies. Vmbra oſtendit Solem globo terreſtri majorem: Lunam Sole minorem: terrā verò Lunā majorem. Epicuri error in aſſerenda Solis magnitudine. Item Parmenidis & Anaximandri in magnitudine lunæ. Alia ſolertiæ ſigna ab ingenio Vmbræ promanantia. Vmbræ ſolertia obſervata temporum ratio. Eadem ſubduxit mortalium animos in cœlum, & viam ad contemplationem cœleſtium aperuit. Sententia

tentia quorundam Philoſophorum: Hominem natum, ut cœlum contemplaretur. Hoc beneficio Vmbræ aſſequimur.

INvictam & ingentis potentiæ Vmbram narravi: nunc ratio inſtituti poſtulat, ut longiùs egreſſus ad lineas redeam, & de ingenio ejus ac ſolertia dicere aggrediar; à quâ contemplatione non ſine cauſa profanos excluſerim. Advertant mentem, qui cœleſtes curas ultra ætheris dorſum emiſerunt, & ſubvecti alis rationis in cœlo peregrinari auſi ſunt. Non ignoro profectò, apud imperitos & cœleſtium ignaros totam hanc meditationem inanem & nihili; iis tamen qui in ſtudio Vmbrarum laudabilem operam poſuerunt, jucundam omninò & gratam exiſtimo: quicquid ſit, excitabunt ſtudia noſtra exempla majorum, qui in perveſtigando ejus ingenio conſenuerunt. Quanquam nobis, pudeat dixiſſe, pulcherrimæ artes cum virtute ipſa perierunt; & quod olim inter optimos certamen, ne quid ſæculis profuturum abſconditum periret, tranſtulimus ad deſidiæ commendationem: imò inſcitia demerſi, artes majorum induſtria paratas, ne quidem

dem cognoſcere audemus; ſed accuſatores antiquorum, inertiam docemus & diſcimus.

Verùm fruſtrà hæc apud profanos, & omnis bonæ mentis ignaros invidiosè repeto: quin potiùs divinum Vmbræ ingenium in cœleſtium indagatione oſtendimus. *Favete* igitur *linguis* religioſi illius cultores, & hæc paucis mecum recognoſcite. Vmbræ debemus detectam magnitudinem principum ac maximarum rerum naturæ partium, quæ nullâ certiore ratione deprehendi potuiſſent. Cùm enim tres umbrarum diverſæ ſint ſpecies; Vna quando par lumini materia, quæ jactat umbram, columnæ effigie ſive κυλινδροειδὴς: altera cùm majus lumine corpus, turbinis figura diffunditur, καλαθοειδὴς: tertia verò cùm minor luce res, metæ ſpargitur forma in cuſpidem deſinentis, κωνοειδὴς: & laborante luna non columnæ aut turbinis ſpecie cernatur umbra, ſed planè mucronis figura palàm & quidem certa ratione collectum, Solem magnitudine terram ſuperare. Neque enim hæc umbra projicitur, niſi materia corporis opaci luce ſit minor. Adde illud ingenio [a] *Cleomedis* proditum: Niſi Sol magnitudine

[a] *Cleomedes lib 2. Meteoro. Lucret. l. 5. Diog. Epicuro. Ariſtot. Meteor. l 1. c. 3. Heraclid. Ponticus allegor. Homeri.*

tudine excederet omnia corpora terreſtria, non contraherentur eorum umbræ Sole toto ſupra terram evecto. Minuuntur autem rerum umbræ, ideóq; nec minor, nec æqualis, ſed omninò major. Si enim minor eſſet, rerum umbræ majores latiori fine ſeſe diffunderent. Si verò parciùs magnitudo; umbræ ſemper æquales & ſibi ſimiles ſpargerentur. Quâ ratione, everſa Epicuri [a] ſtolida opinio, qui Solis magnitudinem judicio oculorum metiebatur. Pudeat furoris *Anaximandrum*, qui terræ æqualem Solis circulum ſtatuebat. Ab eadem cauſa [b] Lunam Sole minorem diſcimus. Neque enim noctis metam incurrere poſſet, niſi Solis major eſſet magnitudo. Terram verò Luna majorem eâdem ratione adſerimus. Vmbra enim terræ tegit Lunam in eclipſi, eáque mucronis effigie, undè certò conſtat Lunam terræ magnitudine ſuperari. Omne enim corpus, quod umbram projicit acuminatam, majus eſt eo corpore, quod hâc umbrâ obductum continetur. Vnde omninò terram Lunâ majorem credimus. Imò verò docuit eruditos diametrum terræ habere ſeſe ad diametrum Lunæ, ut ſeſe habent XVII. ad V. quod

[a] *Lucret. lib. 5. Diog. Laert. Epicuro.*

[b] *De magnitudine Lunæ Baſilius Homil. 1 Hexaemer.*

eâdem eclipſium ratione conſtat. Hinc manifeſtus [d] *Parmenidis* error, qui Lunam & Solem æqualis magnitudinis ſtatuit; & [e] *Anaximandri* opinio falſa, qui Lunam decies & novies terrâ majorem aſſerebat: ut taceam alia ejus generis argumenta ab eodem fonte derivata, & umbræ indiciis vera comperta. Libet enim ulterius progredi. Nam in colligendâ amplitudine præcipuorum naturæ corporum ingenium Vmbræ non defecit, ſed illud quam latiſſimè exſeruit, & omnia ferè cœleſtia admirandâ quâdam induſtriâ comprehendit.

Exiguum ſanè tanto ingenio viſum fuit, ſi in eruenda Solis magnitudine ſubſediſſet: itinera ejus & ſpatia, ſive in dextram feratur, ſive verſus ſiniſtram deſcendat, emenſa eſt: imò verò dierum noctiúmque atque adeò horarum menſuram oſtendit. Cùm enim Sol continuo curſu ſpatia ſua conficiens ad Æquatorem propiùs accedat, aut ab eodem longiùs progrediatur, ad certas metas adſtringi non poſſit, unde nec certa anni menſura deſcribi; in tanta obſcuritate tantíſque tenebris, auſa eſt ingenii ſui vires proferre, & liquidò oſtendere ejus

c Demonſtratio apud Ptolemæum, l. 5. cap. 6.

d Plutarch. de placitis Philoſoph.

e Stob. Eclog. Phyſ.

ejus temporis rationem, [f] quo Sol ad eadem Zodiaci diverticula redit. Ingens ſolertiæ beneficium; abſq; illo fuiſſet, confuſa incertáq; annorum ſpacia, tanquam in perpetua nocte, everſo ordine univerſi oſcitantibus effluxiſſent, ac ante mortem quidem nos mori percepiſſemus. Adde & Solis altitudinem ab eadem inveſtigari: quin & eccentricorum produxit ſubtilitates: & ſpaciis umbrarum [g] *Ptolemaus* diſcernere conatus climata ac parallelos omnes, facili & minimè abſtruſâ obſervatione. Vſque adeò verum eſt Vmbram animos mortalium, incluſos corporis ergaſtulo, ſubducere in cœlum, ut egreſſi humanæ imbecillitatis anguſtias, per immenſos ætheris campos ſpatientur, & quodammodo in conſortium cœleſtium adſciſcantur, immenſáque æterna ac Deo proxima ſectentur. Et ne veritatem ambitioſâ oratione involvamus, hominem ortum, ut elegantiam mundi contemplaretur præcipui Philoſophorum tradiderunt. *Philo* quidem *Herennius* interrogatus, quare in agris ſub dio pernoctaret, reſpondiſſe fertur: *cœli contemplandi cauſâ*; ut ſcilicèt intueretur, τὰς χορείας καὶ περιφορὰς τῶν ἀστέρων:

[f] *Ex Sciotere umbra in planiciem jacta.*

[g] Μεγάλ. συντάξ. *lib.* 2.

choreas & converſiones ſtellarum. Idem ille interrogatus; cujus rei causâ potiſſimum natus: ſimili modo reſpondit: [h] *cœli ſoliſq; contemplandi cauſa*. Simili modo *Clazomenius*; *Anaxagoras* cùm ab amicis moneretur, ut patriæ curam ſuſciperet, ſeriò ſe hoc agere aiebat: ſublatóque ad cœlum digito: hujus patriæ curam ſeſe gerere innuebat. Quod ſi *Platonis* quoque ſententiam recipiamus, qui in *Timæo* aſſerere auſus eſt, huic fini oculos homini datos, ut cœli templa ſuſpiceret: & quemadmodum idem ille in Epinomide ſcriptum reliquit, ut opera divinæ majeſtatis admiraretur, periret nobis verus hic uſus, niſi umbra pulcherrimarum rerum ſpectaculum præberet. Illa cœlum nobis aperit, & in eo divinas effigies, quibus diſtinctum, oſtendit. Illa nobis probavit non caſu aut temerè confluxiſſe elegantiſſimum hoc mundi corpus, neque ex *Democriti* atomis compoſitum: ſed mentem præfuiſſe principem, cujus immenſa ſapientia paſſim ſeſe propodit.

[h] *Hoc Philonis ſcitum reprehendit Lactantius, Lib. 3. c. 9.*

[i] *Laert. in Anaxag.*

CAP.

Cap. XIII.

Vmbræ ſolertia in mundo inferiore. Variæ Phyſicorum opiniones de forma terræ. Sphæricam oſtendit Vmbra, & in medio ſuſpenſam.

SEd ne ingenium ad cœleſtia tantùm emiſiſſe videretur Vmbra, ſolertiæ ſuæ in inferiore mundo infinita documenta dedit. Nam cùm hunc orbem, quem incolæ premimus, commenta errantium [a] Phyſicorum inconditâ finxiſſent facie; *Leucippus* enim tympani, *Anaximander* cylindri, *Heraclitus* ſcaphæ figuram ei adſignabat; *Democritus* verò cavam & rotundam aiebat, ne aqua efflueret: quâ ratione & Solis orbem cavum ſtatuebat [b] *Anaximander*, ignem orbiculo continentem eúmque tanquam ex gutture promentem. *Empedocles* oculorum ſequutus judicium latum & planum ſtatuebat: alii pyramidi ſimilem voluerunt. Inter hos fluctus diſſidentium opinionum, in tanta támque denſa inſcitiæ caligine, quibus nota mortalitas occæcata tanquam gravi veterno laborabat, non deſpexit ingenium ſuum Vmbra, nec infra

a *Plutarchus de placitis Philoſoph. lib. 3.*

b *Apud Stob. Eclogg. Phyſ.*

conditionem exiſtimavit, ſi tantarum rerum diſceptationem ſuſciperet: hoc enim decere bonas artes credidit, uti cum ingenuitate profeſſionis liberalem operam cœleſtibus ſtudiis conferrent: ideóque ſolertiæ ſuæ fide ſphæricam telluris formam probavit. Cùm enim corporis ſui figuram exactè exprimat umbra: in eclipſi autem Lunæ hebetatam caligine partem abſoluto circuli orbe à lucida ſecernat, certo judicio rotundam terræ ſuperficiem, tanquam in ſpeculo redditam imaginem, manifeſtò nobis oſtendit. Si enim alia ejus figura eſſet, haud dubiè umbra laborante Luna eam exhiberet. [b] Simili modo cùm ingens controverſia de ſitu globi terreſtris inter Philoſophos diverſa cenſentes emerſiſſet, in medio univerſi ſuſpenſum mortales docuit, ductis argumentis à gnomorum umbris, quę in æquinoctiis in eandem rectam lineam incidunt, & ne qua incertitudo ſubhæreret, provocavit ad eclipſes, quæ etiam in locis Soli non objectis, terrâ extra medium poſitâ apparent. [c] Ita in deliquio Lunæ ex horarum diſcrimine locorum intervalla computare docuit. unde & *Eratoſthenes* deprehendit *Syenen* & *Alexan-*

b Terram ſphæricam aliis ab eclipſi Lunari ductis argumentis probat Ptolomæus μεγ. συντ. lib. 1 c. 4.

c Demonſtratio exſtat apud Theon in l. Ptolem. Μεγάλ. συντάξ. cap. 4.

lexandriam Ægypti eidem meridiano ſubjectas.

Cap. XIV.

Eratoſthenes πένταθλος. *Variæ rationes indagandi magnitudinem globi terreſtris: certiſſimam ſuppeditat* μετεωροσκοπία. *Poſidonius obſervatione altitudinis Canopi in diverſis locis ambitum terræ deprehendit ſtadiorum* CC ∞ XXXX. *Eratoſthenes verò ſequutus indicia Vmbræ ſtad.* CCL ∞. *Idē ſtatuit Cleomedes, Vmbra adjutus.*

IDem ille *Eratoſthenes* πολυμαθὴς, & poſt hominum memoriam variæ eruditionis princeps, omnium bonarum artium peritus, unde &, priſcis πένταθλος quod omni diſciplinarum certamine contendere minimè detrectaret, cùm globi terreſtris amplitudinem colligere conſtituiſſet, inexſuperabili mentis ſuæ acie pertingere eò non potuit, niſi ingenio Vmbræ adjutus. Cùm enim varias indagandi vias, quibus magnitudinem circuli terreſtris deprehenderent, contemplantium ſtudia ſequeremur. *Eratoſthenes* hanc certiſſimam ratus, quam Vmbra inſiſtendam docuerat. Nam

Nam qui peregrinatione collectam dimenſionem admiſerant, quantum à vero aberrârint, rei incertæ inhærentes, facile eſt æſtimare. Neque enim fieri poteſt, ut totius orbis ambitum circuitu complectamur, omnia loca & oppida accuratè obſervantes. Hanc tamen notitiam omninò neceſſariam, & plurimum conferre huic contemplationi arbitratur *Ptolemæus*: [d] & *Plinius* [e] terræ habitabilis longitudinem partìm per intervalla locorum navigatione deprehenſam, partìm peregrinatione cognitam recenſet. *Ariſtoteles* verò [f] magnitudinem globi terreſtris eâdem viâ proditam memorat. Certior ratio à Geometria & μετεωροσκοπία: contemplatione circulorum cœleſtium, ortûs & occasûs ſtellarum, umbræ [g] & ſimilium, cui ſi adjungatur uſus & peregrinatio, viſa eſt via, quæ ad veritatem ducit. Utramque ſequutus *Poſidonius* & *Eratoſthenes*. *Poſidonius* verò non umbras, ſed ſtellas ſequutus, magnitudinem terræ [h] prodidit. Intervallum inter *Rhodum* & *Alexandriam*, quæ ſitæ ſub eodem meridiano deprehendit ſtadiorum Iↄↄ. Deinde obſervâvit altitudinem ſtellæ Canopi ſupra horizontem.

d *Coſmograph. l.* 1. *cap.* 2.

e *Lib.* 2 *c.* 108.

f *II. de cœlo*, 8.

g *Strabo* 3. *Geograph. veteres Geographos latitudines locorum in diverſis regionibus ab umbris, quas gnomones medio æquinoctii die jactabant, deſcripſiſſe auctor.*

h *Cleomed. lib.* 2.

zontem. Ac *Rhodi* illam horizontem ſtringere, *Alexandriæ* verò ſupra horizontem elevari quadrageſimâ octavâ parte meridiani: inde ſervatâ differentiâ altitudinis Canopi in diverſis locis ſtatuit ambitum totius terræ ſtadiorum CC ∞ XXXX. *Eratoſthenes* autem ſolertiâ umbræ edoctus ambitum terræ evidenti ratione perveſtigavit: difficiliori fortean & ſubtiliori, certiori ſanè viâ, quam *Poſidonius*: unde & illam omiſit [i] *Plinius*, & hanc *Eratoſthenis* mirificè commendavit: quâ laude Vmbram non fraudabo: *Univerſum*, inquit, *hunc circuitum Eratoſthenes, in omnium literarum ſubtilitate, in hac utique præter cæteros ſolers, quam cunctis probari video ducentorum quinquaginta duorum millium ſtadiorum prodidit. Improbum auſum, verùm ita ſubtili argumentatione comprehenſum, ut pudeat non credere.* Conſtituit autem *Eratoſthenes Alexandriæ* gnomonem ad finientis planum perpendicularem. In ſolſtitio verò die mediâ duos diffundi radios obſervârat à duobus Solis punctis; unum quidem per oppidum *Syenen*, qui cùm ſit perpendicularis ad centrum uſque terræ producitur: alterum

i *Lib. 2. cap. 108.*

alterum vero per faſtigium gnomonis, quem in *Alexandria* erexerat, umbram ſeptentrionem verſus ſpargentis. Atq; ita ex ratione gnomonis ad umbram collegit angulum ſub gnomone & radio comprehenſum eſſe partem quinquageſimam quatuor rectorum. Sed angulus iſte æqualis eſt ei, qui gnomone *Alexandrino* ad centrum uſque continuatur: & æqualis angulo, qui in centro terræ continetur radio per *Syenen* dimiſſo. Quare & hic angulus quinquageſima pars quatuor rectorum. Spacium igitur circuli terreni inter *Alexandriam* & *Syenen* ſui ipſius circuli quinquageſima pars eſt. Intervallum autem harum urbium æquare ſtadia VM. dimenſione compertum eſt. Hâc igitur ſubnixus ratione *Eratoſthenes* totum ambitum maximi circuli terreſtris continere ſtadiorum CCLM. demonſtravit. Quæ omnia auctore [k] *Cleomede* tradita in medium produximus: cui ingenioſa Vmbra etiam alia ſuppeditavit indicia, quibus hanc ſententiam veram oſtenderet. Tempore ſolſtitii hyberni conſtituenda, ait, in utraque civitate horologia & utriuſque jactantibus umbras, neceſſariò major com-

[k] μετεώρων lib. 1. vide *Martian. Capell. Philolog. lib.* 6.

comperietur *Alexandriæ*. Longiùs enim à tropico hyberno hæc civitas ſita eſt. Collecto igitur umbræ exceſſu, quo hæc *Alexandrina*, eam, quæ in *Syene*, ſuperat, quinquageſimam partem maximi in horologio circuli deprehendimus. Vnde pari modo perſpicuum, ſuperficiem maximi circuli terreſtris CCLM. ſtadiorum. Ita firmâ ratione manifeſtum eſt, quæ tandem ſpacia hanc magnam civitatem noſtram includant, quibus illam terminis definiamus, ne infinitam aut incomprehenſam nobis imaginemur. Simili modo conſtat, quàm irrito & planè ridiculo conatu laborârint, qui peregrinatione univerſi terminos colligere conati ſunt. Unicâ hâc viâ opus fuit, ut errorem emendaremus.

Caput XV.

Terram puncti inſtar obtinere comparatione univerſi, ſolertiâ umbræ compertum. Nec illa quidem exigua nobis ceſſit. Superbiâ tamen tumidi immenſam terræ vaſtitatem concipimus, & ardore gloriæ incenſi ultra ejus terminos progredi affectamus. Varii mortalium

lium conatus: quibus vel orbis termini anguſti. Hoc falſo perſuaſionis morbo nos liberavit Vmbra, & menſuram univerſi atq; adeò noſtri docuit.

EAdem illa Vmbræ ſolertia faſtuoſis errorem eripuit, quo hunc orbem, cujus incolas natura nos conſtituit, immenſum vanâ perſuaſione concepimus; quem, ſi cum mundi mole comparemus, [a] puncti inſtar obtinere conſtat. Varias hujus decreti rationes producit *Cleomedes*. Vmbram ſcilicèt pari ſemper vertigine cum ſole circumferri, ejuſque itinera paribus conficere ſpaciis, ſempérque adeò cuſpidem umbræ ſolis centro ex diametro opponi. Recta enim linea ſive axis umbræ, à ſolis centro per centrum terræ ad extremum umbræ ſeſe extendit. Adde gnomonum umbras in horologiis æqualiter circa gnomones, ut umbram terræ circa terram à Sole circumduci. Prætereà, cùm gnomonum vertices in horologiis ad Solis ſphæram centri rationem habeant, & in quavis terræ parte horologia erigi poſſint; totius terræ molem ad Solis globum [b] centri rationem habere certum eſt. Sed nec illa quidem integra in poſ-

a Terram puncti inſtar obtinere plurimis rationibus docet Ptol. μεγ. συντ. lib 1. Galenus l 9. de Hippocratis & Platonis decretis.

b Quæ ſolis magnitudo ad terram docet Plutarch. de plac. Philoſoph. l. 2. cap. 21. Glycas Annal 1.

poſſeſſionem noſtram venit. Nam incincta circumfluentis Oceani vinculo, velut inſula quædam innatare aquæ videtur. Adjice quantum ipſi demant tot ſtagna & lacus immenſæ amplitudinis. Quantum verò quotidiè abripiat laxati Oceani impetus, quantum rapidi abſorbeant torrentes, quantum deniq; erumpentibus ventis profundi hiatus conſumant, in incerto eſt. Hæc exigua univerſi portio nobis ceſſit: hæc eſt illa poſſeſſio, quam immenſam jactamus. Hic ille orbis, qui *Alexandro* anguſtus, qui alium geminum gloriæ ſuæ campum lacrumis evocavit, quaſi rerum natura deſinere non poſſet. Hoc illud eſt [c] *punctum, quod inter tot gentes ferro & igni dividitur:* in quo *Romani*, genus luporum, ſpecie imperii inexplebiles cruoris, tot acervos funerum, oſſibus humanis ardua adſpectu juga excitârunt: in quo tot gentium occiſarum inhumana gloria *Alexandro* nata eſt. Hoc illud eſt punctum, in quo Dux Pœnus

c *Seneca Nat. Qu. proœmio.*

[d] ***Diduxit ſcopulos, & montem rupit aceto.***

d *Iuven. Satyr.* 10.

Hic faſtûs noſtri eſt campus, hæc gloriæ ſedes, hîc animæ prodigi honores & opes

opes petimus, eáſque alieno gemitu partas timidi diſponimus : temeritatis tam deſperatæ, ut imperium in ventos affectemus: hic mutuis graſſati cædibus ſanguinem fundimus, & furorem communi populorum clade compeſcimus. Aquas extorquemus ſaxis, alta montium juga, & valles præruptas effodimus, ut flumina tranſitum ad triclinia noſtra inveniant : terræque extrahimus viſcera, avaritiæ & luxuriæ alimenta. Anguſtos profectò tantæ inſaniæ terminos : cui nec alius orbis ſufficere poterat. Sed detexit Vmbra errorem, & probavit nobis finitam cujuſque rei magnitudinem naturam dediſſe. Ite nunc mortales & immenſam vaſtitatem terreni hujus domicilii parem publico furori fingite. Etenim ſi comparatione univerſi inſtar puncti obtinet, quæ tandem corpuſculi noſtri menſura, qui vel minima ejus portio ſumus. Et tamen nullis præfinitum terminis orbem occupamus. Et ſi quis alius extra hunc projectus, aut novâ eruptione natus prodiret, eundem petimus agmen formicarum. Sed poſtquam manifeſtus eſt error, & emendatus vanæ perſuaſionis morbus, non implebimus jam

pectora

pectora cogitationibus rerum naturam ſupergreſſis: nec quicquam in rebus humanis magnum aut infinitum nobis erit, cùm totius mundi atque adeò noſtri cognita menſura. Ingens ſanè hic campus aperitur, in quo libero curſu vel quævis poſſet exultare oratio: ſed coercebo me intra carceres, quos ipſe mihi definivi.

Cap. XVI.

Vmbra incolas univerſi orbis diſtinxit; & nomina illis impoſuit: ἄσκιοι. ἀμφίσκιοι. ἀντίσκιοι. ἑτερόσκιοι. περίσκιοι.

ADmirandam igitur hanc ejus & prope divinam aciem, quâ omnia illa quæ circum ſupraque nos tegunt, complexa eſt, & cum ſtupore vel Sapientum, diſcuſſa ignorantiæ caligine arcana naturæ detexit, ſuſpiciendo penè dixerim defatigati ſumus. Et ne tantùm per immenſos ætheris campos oberrare, & conformia ſuo ſectari genio videretur, non dedignata eſt humanos congreſſus, averſata ſtuporem noſtrum faſtidioſa princeps; ſed quemadmodum in cœleſti plaga terrena;

ita

ita in terreſtri cœleſtia indagavit. Et ne palàm nota longiùs arceſſamus, cœli climata & parallelos locis ſuis incredibili induſtriâ [a] adſignavit: univerſi orbis incolas diverſo umbrarum genere diſtinxit, atque inde eorum differentias conſtituit, & nomina deduxit. Subjecti Zonæ torridæ nullas jaciant umbras. Nam meridie ipſorum verticibus Sol incumbit; inde quod nullas reddunt umbras ἄσκιοι. Cùm verò Æquator Zodiacum in duas partes æquales dividat, quarum illa in auſtrum, hæc ad ſeptentrionem vergit, Sol per utramq; decurrit. Sed cùm illam partem, quæ ad ſeptentrionem, tranſit, umbræ in auſtrum ſparguntur: cùm verò alteram occupavit, in aquilonem procurrunt. Ab hac igitur gemina umbra qui ſub Æquatore habitant, ἀμφίσκιοι. Qui autem ſub tropicis agunt, tempore ſolſtitii, Solem vertici imminentem habent: reliquo tempore ab ipſis declinat, & umbras in partem oppoſitam diffundunt: in ſeptentrionem ſcilicet qui ſub tropico cancri, in auſtrum qui ſub tropico capricorni ſedes fixerunt: atque hinc ἀντίσκιοι appellati. Qui temperatis ſubjacentes Zonis, cùm extra has metas

[a] Vid Ptol. l. 2. Μεγάλ. συντάξ. cap. 5.

tas conſtituti, nec Sol ad eorum verticem pertingat, in unam tantùm plagam umbras projiciunt: & ob eam cauſam ἑτερόσκιοι. Zonæ deniq; frigidæ incolæ, cùm à Solis vertigine incerta in orbem umbra illis circumagatur, περίσκιοι dicti ſunt. Quæ quidem omnia accuratè ex *Poſidonii* ſententiâ tradit *Strabo lib.* 2. extremo: & *Baſilius Hexam. Homil.* 6. Has igitur nominum diverſitates, has populorum diſtinctiones ab ingenio umbræ accepimus: ſine quâ confuſa omnia & indiſtincta. Nempe ut in magna civitate, ſi non ſint diſcreti ordines, & adſignatæ tribus: aut in magno exercitu, niſi diviſa ſint officia, & ſuus cuiq; tributus ordo ac locus, confuſa omnia ſtragem & interitum minantur: ita in ingenti hac mundi civitate, niſi incolæ ſuis nominibus diſtincti, certíſque ſedibus alligati, mixti undiquaque confluerent populi, & quas tribuit differentia loci proprietates, inſcitiâ obruti penitùs ignoraremus.

Vide Cleomed lib. 1. *Plin. Nat. hiſt. lib.* 11. *cap.* 73.

Cap.

Cap. XVII.

κατοπτρικὴ, inventum Vmbræ. Verus & legitimus ſpeculorum uſus, elegantia formæ, Deum in nobis habitantem oſtendit: rerum cœleſtia ſtudia excitat. Quid Socrates ſpectârit in formoſis. Specula formam noſtram exhibentia quid potiſſimum doceant. Cur Socrates ſpeculum inſpiciendum ſuaſerit. Demoſthenes conſilium actionis à ſpeculo petiit. Lala ad ſpeculum imaginem ſuam depinxit. Adſpectus formæ jucundiſſimus.

SEd ne ingratus quidquam diſſimulem, aut ignavus prætercam, producendum in medium, quibus Vmbra ingeniis optimas artes juvit, aut expolivit, quam præclara initia obſcuris & difficillimis præbuit: in quo primo loco occurrit κατοπτρικὴ, quæ radios fractos ſive flexos conſiderat. Cùm enim in fonte perlucido, lævi ſaxo, aut quâvis fortuitâ materiâ ſplendori aptâ ſpeciem noſtram contemplantibus Vmbra præbuiſſet, mortalium ſtudia incendit, ut capti rei miraculo ſimilitudine materiæ ſpeculorum inventa commentarentur.

rentur. Incredibile dictu, quàm illa officioſa & miniſterio prompta, quàm exacta diligentia motus geſtúſque noſtros imitata, ad quoſvis leves nutus morigera. Quot illa miracula excitavit, dum optimâ fide expreſſa ſimulachra noſtra referret, & ſemper æquæva ætatum varias indueret vices, varias aſſimilaret corporis habitudines, vultúſque noſtros planè ſimili effingeret ſpecie; dolenti illachrimans, lætanti renidens hilarior, irato denique trepidos artus, faciem diſtortam & tumidam oſtendens. Quid verò tam multiplici viciſſitudine, tam verſiformi habitu indefeſſa moliebatur? Ne quid ſeculis profuturum lateret, incenſíque mortales novitate rei & inſolito oblectamento communi utilitati novis conſulerent ingeniis: inde inventa de ſimilitudine ſpecula, non libidinis aut faſtûs muliebris inſtrumenta, ſed ut contemplatione elegantiſſimæ formæ opificem intueremur, & adſpectu tam exactæ pulchritudinis, animum quo Deum induimus, cogitaremus. Nempe ut ſplendida magnarum ædium veſtibula etiam interna domûs opulenta, & magnificè inſtructa promittunt, invi-

Digitized by Google

tántq; tranſeuntes ut admitti & omnia perſpicere velint: ita ſimulacri noſtri elegantia hoſpitantem in nobis Deum oſtendit, & præclarum excitat deſiderium, ut divinæ originis memores cœleſtibus ſtudiis eum excolamus, & cogitationes noſtras ad ſublimia & extra conſpectum hominum projecta emittamus, Dei conſortium adfectantes, cœleſtis ſpiritûs pleni. Nam, quæ *Socratis* eſt ἐρωτικὴ, nullis perculſi ad turpitudinem ſtimulis, decora corpora amamus, nec quicquam in illis diligimus, niſi quod nos admoneat divinos animos ſpecioſo & concinno habitu circumamictos. Ita commenta ſpeculorum ad cœleſtia ducunt, & cognitionem noſtri, atque adeò Dei nos docent. Quod ſi operæ pretium, diligentiori indagine in iſta inquirere, ingreſſuris vitæ iter ſalutaria dederunt conſilia, ut ſine offenſa, ſine ſentibus & virgultis minimè illud impeditum decurrerent. Nam quos natura benignior eleganti ſpecie effinxerat, hos formam ſuam explorantes monuerunt, ne fugitivo nimis & fragili bono ad ſuperbiam ſibi blandirentur, vitarent infamiam, nec pulchritudinis illecebris ad alienam con-

contumeliam abuterentur, nec præclara formæ munera turpitudine morum excæcare ſuſtinerent. Quibus verò minùs formoſa reddita imago, his virtutem majori ſtudio ſectandam commendârunt, quâ ſcilicèt ſolâ naturale vitium rectè emendare poterant. Quâ ratione [a] *Socrates* ſectatoribus ſuis ſuaſit, ut ſæpiſſimè ſpeculum de forma conſulerent: & ſi qui inter illos, quibus commendatior enituiſſet vultus, vehementer his laborandum, ne corporis elegantiam pravis moribus fœdarent: quibus verò facies minùs decora, illis inprimis hoc agendum, ut fœditatem oris virtutis peplo obducerent. Simili modo cum illiſa ſpeculis effigies, æmulâ ſimilitudine expreſſam imaginem exhibuiſſet decoram & ſucci plenam; frontem nullis ſparſam canis, & malas utrinque lanugine veſtitas, annos primo florentes vigore oſtendit, ſimûlque exſtimulat præcipitandas ſpes gravidas maximis votis; adveniſſe diu captatum tempus, jam ſignum á Prætore datum, proſiliendum ad curſum: æquanda *Miltiadis* tropæa, & *Alexandri* feſtinatam gloriam, æmulandam ſpecioſam *Epaminondæ* aut *Leonidæ* mortem. Illis de-

[a] *Plut. præcep. conjug.*

denique quibus oblata facies rugis aſpera, ac macie extenuata,

b Iuvenal. Sat. 10. [b] *Et jam læve caput madidiq; infantia naſi,*

meliores effugiſſe dies, & ultimæ ſenectæ laſſitudinem denunciant, admonet mortalitatis, ceciniſſe claſſicum, colligant vaſa & ſignis adſint, ſtrictum jam fatale ferrum cervicibus imminere, câſque ſi inopinato feriat, & vel levi motu inclinent, repetito ictu præſcindendas. [c] Iratis autem ſpeculo repercuſſa imago pulcherrimam ſpeciem omni relictam decore obferre ſolet, terribiles ſcilicèt vultus, ardentes oculos, os diſtortum & ſæpè ſpumâ madens. Deforme ſimulachrum deformitatem rei præfert, diráque facies ſævi affectus index: quanto enim ille intra pectus terribilior, facilè concipere poterant, qui tam atrox & horridus per oſſa & carnes aliáque impedimenta effluxerat. Tanta igitur motatio ſui, tam fœda & terribilis facies haud dubiè confuſos turpatóſque deprehendit, & iratos mitigavit. Non referam deformes pallore & macie vultus, & membrorum ſine intermiſſione tremorem, aliáq; his ſimilia, quibus luxuriæ ſupplicia portendunt,

c Plut. de cohibenda ira.

tendunt, & ſolutos deliciis ac cruditatibus ad eſurientium cibos revocant. Et ne ſerie rerum cohærentium ducti nimis latè excedamus, ſummum Oratorem *Demoſthenem* ante ſpeculum cauſas meditari ſolitum, ejuſque conſilio totam compoſuiſſe actionem vulgò notum eſt. Maluit ſcilicèt credere fulgenti, ut ita dicam, umbræ, quàm *Andronico* & aliis dicendi Magiſtris, quibus uſus erat. Optimâ enim fide & certâ ſimilitudine vitia virtutéſque actionis referebat, nullâ ſubhærente ſuſpicione, quaſi aut amori aut ſtudiis aliquid largiretur: unde tutius hoc ſequutus judicium, quàm amicorum aut magiſtrorum judicium: quod puto induxit *Lalam Cycizenam* ut imaginem ſuam ad ſpeculum pingeret; [c] niſi potiùs amore ſui hoc opus ſuſcepit: cùm nihil jucundius homini, quàm imaginem ſuam intueri. Inſitus enim noſtri amor, dulcem formæ adſpectum nobis fecit: ideóque tenerrimo adfectu ex liberis fovemus, qui proximâ ſimilitudine vultus noſtros referunt.

c *Plin. lib.* 35.

CAPUT XVIII.

Vmbra in ſpeculis nova & inuſitata exhibuit: inde nata admiratio ſapientum ſtudia incendit, ut eorum rationem indagarent. Quâ ratione ſpecula imagines noſtras exprimant: Variæ ſuper hac re ac diſcrepantes Philoſophorum opiniones. Speculorum varia genera.

[d] Metaph. lib 1 c. 1.

RECtè verò [d] *Ariſtoteles*: admirationem hominibus cauſam Philoſophandi dediſſe. Cùm enim ingenioſâ officioſitate Vmbra contemplantibus ſeſe ubique obtuliſſet, & indefeſſa æmulatione omnes habitus noſtros induta, & juveni & ſeni, & dolenti & lætanti vultus ſuos reddidiſſet, ac deinde ſplendida læviſque materia non minùs mira, quàm nova & inuſitata exhibuiſſet, ſuborta animis ingens admiratio ſapientum ſtudia provocavit, ut non tam oculos ad ſimilitudinem, quàm mentem ad ſimilitudinis rationem converterint: equidem ludificari hominum captum viſa eſt, & præſtigiis imponere imprudentibus, niſi earum rerum cauſas indagare inſtituiſſent, in quibus eruendis cum ſummo certamine laborarent, Philoſo-

loſophorum diſcrepantes natæ opiniones, [e] *Pythagorici* corporum noſtrorum figuras in ſpeculis conſpici ſtatuunt oculorum acie in ſe reflexa. Ferri enim viſum tanquam in æs: & ſimulac incidit in ſpiſſum illud & læve ac politum, ſtatim in ſe reſultare. [f] *Plato* verò lucem ſive ignem radiis oculorum emiſſum, & cum Solis vel cujuſque ignis lumine mixtum atque unitum, ſua & externa facultate efficere, ut quæcunq; offenderit conſpiciamus. *Stoici* videndi cauſas referunt ad intentionem aëris fracti, & radios ex oculis proſilientes, qui cùm læve aut lucidum corpus offenderunt, redeunt ad facies ſuas, & quod attigerunt in ſpeculo exprimunt. *Empedocles* autem aſſerit, imagines in ſpeculis reddi per figuras à corporibus profluentes ſpeculo illapſas: perfici verò lumine, ſive igne ex ſpeculo emiſſo, objectúmque aërem, in quam effluentes iſtæ incidunt ſpecies, retorquente. *Democritus* verò & *Epicurus* ſimulachra in ſpeculis cerni, cùm promanantes à nobis imagines illiſæ illis reflectantur. *Euclides* denique certiſſimâ ratione demonſtrat, viſum fieri per radios promanantes ad res conſpectas.

e *Plut. v.. de Philoſ. decretis lib. 4. c. 14.*

f *In Timæo.*

Sunt & aliorum *περὶ κατοπτρικῶν ἐμφάσεων* diverſæ opiniones, quas veterum induſtria prodidit. Nec tamen contenta Philoſophia cauſam illarum indagâſſe, ſtudium ſuum ulteriùs extendit, & ſedari ſeſe minimè paſſa eſt, quin laudabili ardore difficilima quæque hujus ſcientiæ perveſtigâſſet: qualia illa, tanquam Philoſophi contemplatione inprimis digna, recenſet 1. *Apuleius Platonicus: cur in planis ſpeculis fermè pares obtutus & imagines videantur, in tumidis verò & globoſis omnia defectiora: contrà in cavis auctiora: ubi & cur læva cum dextris permutentur, quando ſe imago eodem ſpeculo tum recondat penitùs, tum foràs exerat. cur* 2. *cava ſpecula, ſi exadverſum ſoli retineantur, appoſitum fomitem accendant.* Sunt enim plurima ſpeculorum genera, quæ [3] *Euclides* ad tria reducit: plana ſcilicèt, convexa, & cava: illorum plana unius quidem generis, ſed diverſæ formæ: convexa & cava in ſpeciem pyramidis, ſphæræ, aut columnæ fiunt.

1. *Apolog.*

2. *Plut. lib. de facie in orbe lunæ.*

3. *Catoptricis.*

Cap. XIX.

Admiranda κατοπτρικῆς: nonnulla ejus generis prodita. Speculorum varia miracula.

Οπτικὴ verò inquit [h] *Gellius, multa demiranda facit, ut in ſpeculo uno imagines unius rei plures appareant, ut ſpeculum in certo loco poſitum nihil imaginet, aliorſum tranſlatum faciat imagines, item ſi rectum ſpeculum ſpectes, imago tua fiat hujuſmodi* [i] *ut caput deorſum videatur, pedes ſurſum.* Quanquam iſtiuſmodi ferè leviora periti hujus diſciplinæ arbitrantur, quam ut in iis ocium occupent. Sanè & hæc & ab *Apuleio* ſpecioſè adducta priſcis & noſtris perſpecta, eorúmque cauſæ cognitæ. Verè autem admiranda: ſimilitudine æmulâ conſpecti duo ſoles, coronæ circa ſidera ſparſæ, & arcus in nubibus ſuſpenſus, variis pictus coloribus & vaſtitate formæ ſtupendus. Ejus generis infinita obſcura & miraculi ſpeciem præferentia paſsìm in cœlo obſerves, quæ antiquorum oculos ad ſidera evocârunt, eorúmque induſtriam exa-

h Lib. 16. cap. 18.

i Vide Platо: in Timæo.

exacuerunt unde ingentia condita volumina, [k] quibus iſtiuſmodi detecta, atque ad certam rationem revocata: ita [l] *Ariſtoteles* præſidio Optices Soles videri geminos docuit reflectione radiorum ab oculis profluentium: coronas vero refractione: iridem reflectione & refractione: eorundem radiorum oculo promanantium. Quod ſi Catoptrices demiranda protrahere tanti eſſet, non ſolùm compluria illa, ſed omnes ſuperantia præſtigias deprehenderemus. [m] Specula ſimilitudine falſa fœdam deformitate reddentia faciem: & lacertos ſupra humanam magnitudinem exſurgentes. Sunt quæ contuenti plurimas ſui offerant imagines & ſæpè eas ſaltantes. Sunt & alia ex planis compoſita ſpeculis, in quibus volantem imaginem noſtram videmus. Alia tam malevolâ curioſitate, ut etiam illa nobis exhibeant, quæ in vicinis ædibus geruntur: adeò nihil verentur alienis intereſſe ſecretis. Quin illa quoque inventa [n] ſpecula, quæ oppoſitas imagines in aëra projectas oſtendunt: quæ complures ſimul referunt ſpecies, ſimulachra alia pallore deformia & mortuis ſimilia: alia ex ſpeculis egredientia.

Hanc

k *Vide Senecam Natural. Qu. lib. 1.*

l *Meteorolog. l. 3.*

m *Seneca Natural Queſt. l. 1. cap 5.*

n *Vide Cardanum de Subtil.*

Hanc verò præſtantiſſimam & tantùm non cœleſtem diſciplinam Vmbræ ingenium prodidit.

Cap. XX.

Εἰκαστική. *ejus ſubjectum. Laus picturæ, & precium apud antiquos. Comparata pictura & poëſis. Pictura imitatur rerum naturam, & exactè exprimit. Comparata Catoptrice & pictura. Pictura tam æmulâ ſimilitudine naturam effingit, ut hominum ſenſibus imponat:* εἰκαστικὴν *peperit Vmbra. Præcipua picturæ elegantia, ut ſolidæ & eminentes* ***effingantur imagines: hoc præſtant circumductæ umbræ eo artificii genere: celebres Pauſias Sicyonius & Nicias Athenienſis.***

COgnata Catoptricæ εἰκαστικὴ γνῶσις καὶ σκιαγραφικὴ, utramque enim ὀπτικὴ peperit; diverſitates imaginum & umbrarum explicant: cauſáſque inquirunt cur imaginum, differentes ſpecies ſive ob intervallum, ſive rei viſæ elevationem ſpectantium oculis obveniant. Harum miniſterio inprimis uſa pictura, quæ & ipſa cognata. Sanè ab Vmbra vitam & ſpiritum hauſerunt.

Mira autem & cum ſtupore excipienda, Catoptricæ retuli. Si tamen ingenium & elegantiam ſpectes de ſumma laude cum his contendere minimè defugiet Pictura. Nam ut illa ſive conſentiente ſive non repugnante rerum naturâ miracula ſua exhibet: ita hæc æmula ipſius naturæ provocare eam auſa eſt. Nihil enim tam exactâ pulchritudine, & mirâ atque alludente ſpecie efformatum, quin illud pari penè veritate effingere poſſit: tanta ſanè elegantia, ut hominum animaliúmque animas penicillo comprehendere videatur. Vnde ab omni antiquitate ſummus honos magnæ arti habitus: & clariſſimorum artificum opera auro contrà cara fuiſſe: vel potiùs ſupra auri precium æſtimata, memoriæ traditum: imò verò ſubeat mirari antiquorum furorem in æſtimandis nobilium artificum tabulis, quorum ſæpè manupretium lauta patrimonia exhauſit. Sanè & religioni Deorúmque cultui dedicata ars picturæ, cujus elegantia non parùm adjeciſſe religioni videtur, quoties operis majeſtas Deum rectè æquaret: eadem ſummis regibus mirificè adamata. Nec apud poſteros anguſtioribus terminis incluſa:

ſa eſt fama *Protogenis* & *Apellis*, quam *Lyſiæ* aut *Hyperidis*: nec fortean minori voluptate *Zeuxidis* aut *Pauſiæ* ſpectaremus tabulas, quàm *Iliada* aut *Odyſſean* legimus, ſi eas injuria vetuſtatis non viciſſet, aut ſaltem ex luctuoſiſſimo tot elegantium operum naufragio quædam tabellæ ad nos enatâſſent. Nam quod Poëtæ ingenium admirandâ expreſſit eloquentiâ: illud politâ & artificioſâ manu ingenii pari felicitate æmulati ſunt. Vnde rectè [a] *Cicero*: *Traditum Homerum cæcum fuiſſe: at ejus picturam, non poëſin nos videre.* Equidem propè eſt ut ambigere poſſis, an rectius effingat poëſin pictura, an verò picturam poëſis. Magna enim utriuſque artis cognatio, [b] & par certamen. Incredibili varietate rerum & naturæ ipſius imagine opus eſt, ut laus picturæ conſtet. Simili modo poëſis multiplici rerum diverſitate indiget, ſive ad deſcribendas res varias, ſive exprimendos animorum ſenſus. Miſceat deinde colorum pigmenta neceſſe eſt, & apto temperamento lineamenta iis obducat, ut lætum & ſuave eniteat carmen. Verè igitur *Simonides*: τὴν δὲ ζωγραφίαν ποίησιν

εἶναι

a *Tuſcul.* 5.

b *Vid. Ariſtot. Rhetor ad Alex.*

Plut. de aud. poëtis.

εἶναι σιωπῶσαν τὴν δ' ποίησιν ζωγραφίαν λαλοῦσαν: picturam tacitam poëſin eſſe: poëſin, loquentem picturam: Nos quidem liberi & ingenui animi, beneficio genii melioris, oblectamenta illa honeſta & laudabilia, ab ingenio promanantia, minimè ſpernimus. Vnde incredibili deliniti voluptate, infinita naturæ miracula artificiosè depicta contemplamur: Oceani expreſſam vaſtitatem, & vi ventorum agitatos fluctus ad ſidera adſcenſum molientes: inter hos deploramus periclitantes, & tanquam in vicinia mortis conſtitutos tralaticiâ humanitate triſtes mœſtíque componimus. Nec minori delectatione cernimus amœna terrarum lætis conſita arboribus, viridantium herbarum inornata cæſarie: ſcatebris fontium paſſìm manantes, & campos diductis in diverſa rivulis flexuoſo tramite interciſos: deſcripta locorum ingenia, urbium ſitus, prærupta montium & locorum intervalla longo ſquallore horrentia. Quid referam tecta cœli inaurata luce ſiderea præmicantia? omnia noctis obducta peplo, & mox diſcuſſis tenebris redeuntem diem: tempeſtates horridas, ruptáſque nubes, & ſuppreſ-

ſam

ſam lucem Solis luminibus redditam: ac deinde pacatis omnibus renidentem mundi lætitiam? Brumæ auſteritatem, hyemiſque pruinas, & gratam æſtatis faciem? diſtinctas denique varias animalium ſpecies: & genera herbarum colorum ſeparata diſcrimine, quorum proprietates nulla verborum deſcriptione dignoſcere liceret, niſi pictura oculis illa expoſuiſſet. Adde laſcivientis naturæ luſus; multiplices rerum & animalium figuras, planas, cavas, orbiculatas: oſtrea vermiculata, conchas ſtriatas, & alia ejuſmodi infinita: quæ quidem omnia colorum imitatur differentiis, tam exactâ ſimilitudine, ut cum natura ipſa de veritate contendere videatur. Si verò illud magnoperè ſpectemus mortales illicitâ curioſitate Catoptricæ beneficium in vitium detorſiſſe, ut ſimplicium animos luderent, & ejus artificiis ad præſtigias uterentur: longè ſanè majori admiratione animos concitabit: picturam ſine fuco & fallaciis ſolo ingenio ſuo uſam, tam ſimiles naturæ veritati res effinxiſſe, ut ſenſus animalium, atque adeò ipſorum artificum oculos & judicium luſerit. Notiſſimum enim [c] ſcriptorum teſtimonio, *Zeuxidem*

c *Plin. lib.* 30. *c.* 10.

Zeuxidem tantâ veritate uvas expreſſiſſe ut aves advolarent. *Parrhaſium* verò detuliſſe linteum eâ ſimilitudine pictum, ut *Zeuxis* alitum judicio ferocior, flagitaret remoto linteo oſtendi picturam: ita qui aves deceperat artifex, ab artifice *Parrhaſio* victus eſt. At verò quid opus erat per tantas eniti ambages, quid te coegit tam longâ oratione ab inſtituto divertere? præſtructim hæc tradenda erant, ut cognitâ picturæ dignitate Vmbræ honor augeretur: ab illa enim magnæ artis primordia ceperunt, nec indignum ſuo ingenio arbitrata eſt eandem ad perfectionem deducere. Etenim picturæ inventionem niſi Vmbræ tribuamus, nullam dico cauſam quin ingrati prorſus aut malevoli ſimus. Hominis enim umbra viam arti aperuit: quam lineis circumductam ad totius corporis perfectionem ſequebantur. Nudis hiſce & rudibus primordiis magna ars cepit: quam tamen inchoatam ne deſeruiſſe videretur, umbrarum adjecit temperamenta; quibus omni ratione abſolutam reddidit. Iam præclara emerſerant ingenia artificio picturæ orbi nota: ſed rudia illorum opera, & ſola naſcentis picturæ

gratia

gratiâ viſenda, futuræ mox artis quaſi quædam præludia. Nam quod in ipſa ſummum & præcipuum, ut expreſſæ ſc. imagines exſtantes & integræ ſpectantium oculis accederent, adhuc deſiderabatur; quod ut aſſequerentur, irrito conatu præſtantiſſimis quibuſq; tentatum fuit, donec præſidio umbrarum circumfuſæ extremitates imaginum, omnéſq; corporum inclinationes ſolidę viderentur, quæ planæ erant, & varia ſchemata quocunque inflexa conſpicua undique apparent: quod [d] *Zeuxis* ante alios docuiſſe fertur. Nam is [e] primus luminum umbrarúmque rationem inveniſſe traditur: eóque artificio præcipuè commendatæ tabellæ [f] *Pauſiæ*. Cùm enim alii quæcunque turgida & eminentia videri volebant, candicantia facerent, colorémque nigro obducerent: hic totum bovem atro colore expreſſit, & umbram ex umbra duxit, in plano exſtantia, in contracto, ut *Plinii* verbis utar, ſolida omnia oſtendens. Quo nomine & *Nicias Athenienſis* celebris, qui lumen & umbras accuratè obſervavit, & maximè curavit, ut è tabulis picturæ eminerent. Præclarum ſanè opus, juvare elegantiſſimam

d *Quint. li.* 12. *c.* 10.

e *Plut. lib. de gloria Athenienſium: Apollodorū, in umbræ coloribus exprimendæ rationem inveniſſe ſcribit.*

f *Plin. lib.* 35. *c.* 11.

mam artem, & toti orbi conſpicuam exponere. Sed ut omnibus numeris abſoluta prodiret, gratia & decor adjiciendus, & averſis dulcedine concilianda erat. Sunt enim [g] nonnulli dolores, qui auſterâ quâdam & torvâ luce oculos noſtros perſtringunt, nec ſine moleſtia conſpiciuntur: hos quoque circumfuſæ leniunt umbræ, & fractâ aſperitate gratos & mites reddunt. Nempe ut amarulenta nimis & acria ſtomachi noſtri recuſant; mixta autem & dulci ſucco temperata ſine faſtidio admittunt: ita umbrarum blandimentis mutata colorum aſperitas ſine moleſtia adſpicientium oculos contingit. Abſque eo eſſet, incurioſis admiranda quæque magnæ artis incognita perirent, nec legitimum precium monumentis immortalitate dignis accederet.

g *Plutarc. de exilio.*

CAP.

Cap. XXI.

Σκιαγραφία. ἰχνογραφία. Uſus & finis σκιαγραφίας. Umbra pyramidis, aliasq́ ingenti celſitudine evectas moles metiri docuit.

SUnt & alia ingenii Vmbræ miracula dicam aut beneficia, quibus optimas artes juvit, aut earum initia excitavit. Ita ingentis vaſtitatis opera exſtructuri architecti, ne informe opus aggrediantur, animo præcipiunt molem, & intra ſe formant. Hanc imaginem rudem & minùs abſolutam primâ ſcilicèt fœturâ conceptam ut exprimant, veſtigia quædam & lineamenta ducunt, totámque molèm adumbratâ quâdam deſcriptione depingunt. Haud diſſimilis uſus ἰχνογραφία, quæ eſt areæ jacentis deſcriptio, futuri operis ſpecimen exhibens.

Inventum inprimis utile: major enim concinnitas & exactior inde συμμετρία: totáque machina loco aptata: & ratio materiæ habita, ne aliquid ſuperflui ingenti ſumptu ſine uſu periret. Hoc enim incumbit architecto, ut cùm exſtruendum opus ſuſcipit, quanto id

ſumptu futurum exactâ ratione oſtendat: ne inopes ultra vires patrimonii quicquam conentur, & ſæpè attritis enormi impenſâ rebus ceptum opus deſerere cogantur, atq; ita urbi deformitas invehatur. Quâ ratione [a] *Epheſi* lex conſtituta fuit, ut cùm Architectus publicum opus ædificandum recepiſſet, quanto ſumptu id futurum polliceretur: & tradita æſtimatione bona ipſius magiſtratui obligarentur, donec opus perfectum. Quo abſoluto, ſi non exceſſiſſet impenſæ modum, honoribus ornabatur: & ſi non ampliùs quàm quarta in opere conſumpta, nullius pœnæ tenebatur. Si verò plus conſumptum, pecunia ipſius perficiebatur.

a *Vitruvius lib.* 10.

¶ Opus ſanè fuit exactâ σκιαγραφίᾳ, ne jacturam pateretur.

Ab eadem Vmbræ ſolertia ſublimia quæque & ſanè ultra quam oculis aſſequi datum in ſummam producta excelſitatem metiri didicimus. Qualia illa *Memphitica* Pyramidum miracula, quorum tantam altitudinem referunt, quanta illa hominum artificio maxima exſtrui potuit, menſuram tamen tantæ celſitudinis deprehendit [b] *Thales Mileſius*,

b *Diog. Laert in Thalete. Plin. l* 36. *cap.* 12.

leſius, metiendo umbram qua hora par eſſe corpori ſolet: atque ita umbræ ingenio ea aſſequutus eſt, quæ ſenſuum acumen effugerant.

Cap. XXII.

Umbra precium ponere tempori nos monuit. Horas diſtinguere, & earum menſuram obſervare docuit. γνωμονική. Horologia ſciotherica: variâ formâ compoſita. Scaphium. Temporis ratio quomodo habenda.

ET ne quicquam irreligioſo ſilentio prætērfluat, illud quoque ſolertiæ Umbræ debemus, quod precium fugaciſſimæ rei ponere didicimus, & excitari ad ſingula momenta, correptíque horrore cogitemus jam ſtrictum fatale ferrum jugulo imminere. Nam ut tacito fluxu properantia tempora quodammodo retineret, horis illa diſtinguere certâmque earum menſuram obſervare docuit.

Partes enim diei atque adeò horæ, quas καιρικὰς vocabant, magnitudine umbrarum, incrementis & decrementis illarum diſcernebantur: eáque doctrina γνωμονικὴ appellata, quod erectus gnomon

gnomon horarum diſcrimina in plano oſtendebat: indéque excogitata omnis generis horologia Sciotherica, aliáque inſtrumenta quibus umbras captamus, & ex earum ratione horarum ſpacia, ſimiliáque multa indagamus: quale illud ſcaphium, ſive ut [a] *Vitruvius* appellat, hemiſphærium, inventum *Ariſtarchi*, quod horarum ductus ſtili umbra in medio notabat: & in ſacris celebratur horologium *Achæ* Regis *Judæ*.

[a] *De Architect. l. 9. c. 2. Martian. Capell. lib. 6.*

Nec verebor adfirmare in *Ægypto* obeliſcos & pyramidas immenſæ molis huic uſui initio exſtructas: deinde demùm incitante prodigâ æmulatione ſigna regii faſtus & potentiæ relicta.

Variâ autem formâ conſtructa fuiſſe horologia [b] veterum traditione conſtat. Sunt enim & mobilia, quæ ubique nos comitentur, ut *Cylindri*, anuli, & id genus: adeò nihil omiſit Vmbra, quo commodis noſtris conſuleretur.

[b] *Plin. l. 2. c. 76. lib. 7. cap. 60. Vitru. lib. 9. c. 8. & 9.*

Equidem ſi rectè bona noſtra intelligimus, ingens beneficium umbra nobis contulit: irreparabile tempus, ut Poëta ait, rem fugacem, & inſtar torrentis rapidam, prehendere docuit. Prudentiores jam non dies æſtimamus, ſed horas; moniti nos inſcios puncto fugientis

temporis

temporis rapi, & ſingulis momentis perire, adeò ſemper morimur. Vigilandum itaque & concitato curſu feſtinandum. Neque enim, quod *Epicurus* aiebat, cogitantem de fuga dormitare oportet: cúmque tantam celeritatem temporis nec aſſequi nec retinere poſſimus, hoc agendum, ne relicti demùm intelligamus, quantum nos præceſſerit; æquare gradum oportet, & uno ſpiritu ad metam properandum: in præcipitio conſiſtimus, vetant prærupta lento veſtigio incedere. Aſſeramus igitur nobis nos ipſos, & vero precio tempora æſtimemus. Subducenda tantiſper ratio, ut de impenſa conſtet. Ita deprehendemus quantum nobis prodigè effuſum, quantum ignaris furtivo fluxu periit: quantum libido & luxus, vana deinde & irrita eripuerunt ſtudia; quantum denique ſegne ocium & mollis inertia occupavit. Iam igitur certi adeſſe diem, qui nos vocat, velut ſacro inſtinctu excitati laudabilia affectemus, illuſtria & immmortalitate digna nomina, qua publicè qua privatim æmulemur, ne ignavos occupet triſtis ſenectus, & inglorios ignoto funere componat. Quæ quidem omnia ritè nos implere optima magiſtra Vmbra docuit.

CAP. XXIII.

Umbra etiam corporis robori confert. σκιαμαχία, ejus uſus, imago animi inquieti & malè conſcii.

SEd ut officium ſuum plenè probaret Vmbra, nec tantum ingenium noſtrum juvare & inſtruere videretur, corpori quoque prodeſſe voluit, prudentiſſimorum imitata præcepta, qui ita animi curam habendam cenſent, ne corpus omnino negligamus, unde ab omni benè conſtituta Republica γυμναστικὴν minimè excludunt: quod illa ſana conſervet corpora, & ferundo labori ac diſciplinæ militari præparet. Hâc ratione inducta eſt Vmbra, ut σκιαμαχίαν ſive umbratilem doceret pugnam, qua robuſtos & ſurgentes laterum toros ab ignobili ſitu vindicaremus, aut alioquin rapidâ agilitate adverſarium ſternere diſceremus. Magnum hujus rei uſum antiquitas credidit. Nam & [a] σκιαμαχίαν exercitationem minimè violentam putarunt & umbratili iſtâ pugnæ meditatione omnes numeros aggrediendi, cedendíque; quo flexu petentis impetum eludi, quâ corporis inclinatione petere,

Ariſt. Polit.

[a] *Gal. & Paulus Ægineta.*

petere, quando deniq; ferire oporteat accuratè doceri exiſtimabant: quibus ita aſſueti, tutò in aciem progredi, nullúmque ſpe coronæ detrectare diſcrimen audeamus. Quod minimè mirum videri poteſt, ſi attendamus velociſſimos umbræ motus, quæ cùm fugere videtur, ſubitò relabitur, & ex inſidiis perit: quâ ſub imagine ſi peritè excercitati, uſu ipſo inducente robur, nullum eſt dubium, quin conſcii incredibilis agilitatis omne certamen victores aggrediamur.

Et ne quidquam in officioſo ſilentio omittamus, ſub hoc umbratilis pugnæ ſimulachro, qua cùm noſtra ipſius umbra, tanquam cum hoſte, velitari videmur, ad leviſsimos quoſque ejus motus & toties mutatas inclinationes proſilientes, & tanquam mox depugnaturi in ſtatum præliantis compoſiti, eos effinxit umbra, qui inquietæ mentis, ſui ipſius hoſtes, animum malè compoſitum ingenti tormento ferunt, quum illos memoria facinorum ſurdo verbere flagellat.

Nam conſcii ſcelerum, & legem & judicem timent: gravior illis ſomnus, horrificis monſtris & ſpectris turba-

tus. Ad mentionem alieni facinoris ſubinde cohorreſcunt: deprehenſos enim ſe putant, & parata ſupplicia ſceleri imaginantur.

Luctus & ultrices poſuere cubilia curæ.

Cum his incluſi vivunt, & quod meruerunt quotidiè expectant. Hæ ſunt illæ furiæ, quæ tædis ardentibus ſceleratos infeſtant. Hoc umbra ſub involucro iſto nobis apperuit.

CAP. XXIV.

Varia Umbræ beneficia. Noctis & diei vices temperat. Imperia alternatim ſuſcepta minimè diuturna, imò cruenta. Cauſa viciſſitudinis lucis & tenebrarum. Quies Romanis Dea. Umbra hoſpitium præbet Muſis & Poëtis. Nympharum choreis inſervit: & Veneris furta abſcondit.

ATque hæc ſunt quæ de ingenio & ſolertiâ Divæ noſtræ tumultuaria ſuggeſſit diligentia: reliquum eſt, ut alia beneficia, quibus mortales ejus benignitate fruuntur, contemplemur. *Plato* quidem in *Timæo* auctor, terræ hunc globum quem premimus incolæ, alliga-

Vide Plut. lib de facie in orbe Lunæ.

alligatum circa polum per univerſum extenſum, noctium & dierum efficere viciſſitudinem: cum ſuo intervallo umbras producat, & Solis ſplendorem nobis intercipiat,unde noctium & dierum diſcrimina naſcuntur. Quidquid ſit: nos ſummum illud beneficium agnoſcimus & celebramus, quod cum naturæ opificis conſilio lucis & tenebrarum diſtributæ vices, Vmbra ſuas partes ita temperavit, ut ſingulorum commodo eas diſpertiret. Nam ſi quod in cœlo imperium; diviſum illud cum Sole ſuſcepit: alternis enim imperant,& æquabili ſucceſſione partitas funguntur vices. Quanquàm memoriæ annalium prodiderunt, & experientia probavit; regna adminiſtrata imperio alternatìm repetito publicâ concidiſſe ſtrage. *Regni ſocietas*, ait *Minutii Octavius*, *nunquam cum fide cepit, aut ſine cruore deſiit.* Nam præpoſterâ dominandi libidine imperium ægrè deponunt, aut vim, quam in ſe traxerunt, oppreſſioni naſcentis potentiæ admovent: unde mutuis incenſi odiis flamma & ferro ad internecionem graſſantur: nec ſatiata rabies, niſi communi gentium clade extinguatur. Nota diſſidia fratrum *The-*

banorum, quorum atrocitas argumenta Tragœdiarum excitavit. Generi & ſoceri bella, totum orbem ſanguine fœdârunt: nec tanti imperii fortuna duos capere potuit. At verò Vmbra mitis & placida Princeps, etſi ingenti potentiâ præpolleret, maluit tamen ſaluti conſulere omnium rerum, quàm dominari. In quo ſalubre hoc ſervat temperamentum, ut nec cedat Soli ultra quam naturæ ordo præſcripſit. Diſtinctas enim utriuſque vices oportuit, ut terra hauſto fervore noctium opacitate reficiatur: quod niſi fieret, omnia haud dubiè nimio decocta æſtu conflagrarent. Et ſi divinam providentiam levioribus curis adſtringere licet, hanc lucis & tenebrarum viciſſitudinem ſupremus ille architectus voluit, ut omnia vel ipsâ varietate jucundiora eſſent: ſimúlque mortales temporum diſcrimen, & motum atque adeò tempus ſentirent. Illud autem præcipuè ſummi beneficii loco ducimus, quod acriori aduſtis fervore, longiores impertit Vmbra noctes; quibus verò mitior Solis eſt ardor, eos velociori curriculo tranſit: inde mundi hujus incolis aptum frigoris & caloris temperamentum, ut nec ſub torridâ nimio

Theodoret. de provid.

pereant

pereant æſtu, nec ob aſperitatem hyemis frigidis ſubjacentes plagis terræ, viduatę ſuis deſerantur cultoribus. Quid multa? niſi has æſtus frigoríſq; partitas vices Vmbra diſpenſaret, non tantùm ſegetes & herbæ, aliáque humanis commodis prædita terræ munera conſumpta calore extabeſcerent, aut in cinerem ſolverentur; ſed animalia ipſa feſſa & languida ſpiritum effugere parantem ægrè retinerent. Adde has recurſantes tenebrarum & luminis vices, naturæ conſilio ordinatas, ut nobis operis & quietis alterna eſſet ſucceſſio: & feſſis gratiſsimum fomentum ſomnus conciliaretur: quem rectè [c] *Orpheus* canit omni nos dolore & anxietate liberare & dulcem adferre quietē. Quidquid enim naturæ munere in univerſi hâc civitate conſtitutum, ita comparatum eſt, ut in-

[c] *Hymno in ſomnum.*

λυσιμέριμνε κόπων ἡδεῖαν ἔχων ἀνάπαυσιν

καὶ πάσης λύπης ἱερὸν παραμύθιον ἔρδων.

terpoſitā quiete & ocio vires recuperare neceſſe habeat. Vnde & Quies *Romanis* Dea, ut ex *Auguſtino* [d] patet, quam meritò ſalutarem Deam vocat [e] *Ammianus Marcellinus*. Nihil igitur tam forte, quod continuum & ſine ulla

[d] *De civit. Dei lib.* 4. *cap.* 16.

[e] *lib.* 19.

remiſſione laborem ferre poſſit: proinde & nobis ipſis præcipitata imminerent fata, niſi illapſa ciliis Vmbra ſuavem conciliaret ſomnum, & animum curis fractum & debilitatum quiete componeret: ita viatorem feſſum gratiſſimo amplexu fovet, & animalibus languidis blandam præbet requiem. Pecorum magiſtri in luci cujuſdam denſiſſima umbra cantu demulcent,

Delectantq́ Deum, cui pecus & nigri
Colles Arcadiæ placent.

Ita *Aſcræi* Vatis poëma obſtetrice Vmbra natum. & *Tityrus*

-s patula cecinit ſub tegmine fagi.

Sanè *Muſis* atque adeò *Apollini* gratum hoſpitium præbet Vmbra: & Poëtę ipſi, vel potiùs ſacri Vates in nemora & lucos, tanquam in loca pura & innocentia, ad ſanctum opus ſecedunt, ut nullo turbati ſtrepitu, inventioni ſufficiant. *Nymphæ* quoque *Dryades*, atque adeò *Diana* ipſa choreas exercere dicitur, Vmbrâ ſecretum & voluptatem conciliante. Nec minori oblectamento *Fauni*, aliíque ruris præſides Dii, ſub alicujus arboris opacæ umbraculo, carmina ſua meditantur: & ſanè mater amorum circumfusâ umbræ nebulā obcrrare

errare ſolet. Favet enim furtis *Veneris*

Auctor *Pervigilii Veneris.*

-- amorum copulatrix inter umbras arborum

Implicat gazas virentes de flagello myrteo.

Umbra pavidos alioquin amatores confirmat, & velo ſuo involvit.

Cap. XXV.

Feſtivitates publicæ quare inſtitutæ. Ludorum origo. Umbra juvat publicam lætitiam. Scenæ. Umbræ. Spectantium conſeſſum velis obumbrare uſitatum Romanis. Platanus arbor infœcunda, ex alieno petita orbe & vino enutrita, ut umbram præberet. Potentiſſimi Reges & populi umbræ delinimenta captârunt.

SEd hæc læviora ſunt, quàm ut ſeverioris notæ homines admiratione commoveant. Quin igitur illa adducimus, quæ vel triſtes & ſeveri attendant. Cùm itaque gentium antiquiſſimâ conſtitutione, atque adeò ſapientum placitis receptum, colligere animos feriis, & occupatis ocia dare. Nam ex

 animo

animo & corpore hominem compoſitum communi omnium aſſertione conſtat. Animus autem ita comparatus, ut remiſsione opus habeat: nec corpus labori par eſſe poteſt, niſi collectis ſubinde viribus reficiatur. Sed aut nihil agendo, aut aliud agendo & debilitatas vires revocamus inde miris ingeniis & variis commentis laborum & laſsitudinis quæſita remedia: inſtitutæ feſtivitates publicæ, in quibus non tantùm à negociis ceſſarent, ſed feſsis animis ludos darent, & corpora labore aſsiduo debilitata amiſſas vires reciperent. Ideóque & publico ſumptu omnis generis exhibita ſpectacula, quibus voluptatem juvarent communem & oblectamentis hominum animos delinirent. Fruſtrà enim arbitremur laſcivia quorundam populorum, aut Regum & Imperatorum enormi prodigalitate, ſive à *Lydis* populis luxu perditis, originem traxiſſe ludos. Iam inde ab ipſius mundi natalibus ceperunt. Cùm enim architectus ille univerſi, rerum omnium abſolutiſsimum clauſiſſet circulum; & pulcherrimo operi ultimam impoſuiſſet manum, quieti indulſit, & quaſi defatigari potuiſſet, ocio

ſeceſsit.

ſeceſsit. Hinc igitur fluxerunt feſtivitates publicæ: quas ludorum blandimentis plebeis animis jucundiores conciliârunt. Hæc gentium præclara & laudabilia inſtituta inprimis juvit Vmbra; quæ alas ſuas ſpectantibus extendit: unde [a] ſcenæ ipſæ umbrę ramis & frondibus contextæ: & Neptunalibus caſæ frondeæ, quæ pro tabernaculis erant, umbræ appellatæ, quo quidem umbrarum delinimento ut ſpectantes ſemper frui poſſent, captare eam, & velut incluſam retinere conati ſunt. [b] *Q. Catulus* ſpectantium conſeſſum primus velorum texiſſe umbraculis dicitur: & deinde [c] *Marcellus* quoque forum velis inumbravit. Suaviſsimum hoc umbrarum blandimentum *Romani* precio addixerunt: & quod mireris, aërem tributo alligarunt. [d] *Platanus*, ſterilis alioquin arbor & infœcunda, ex alieno petita orbe, ut laxioribus frondium comis denſiorem ſpargeret umbram, & aſsidentes voluptate afficeret. Vnde tantus honor arbori habitus, tantúmque illi precium poſitum, ut mero infuſo illam enutrire operæ precium exiſtimârint. Quinimò *Xerxes*, quem totus orbis non ceperat,

a *Feſtus.*

b *Val. Maxim. lib.* 2.

c *Plin. lib.* 19.

d *Plin. lib.* 12.

ad *Platanum* in *Lydia* divertit, poſitíſque juxta caſtris, integrum diem ſub nemoroſo ejus vertice commoratus, [f] & ne ingratus diſcederet arbori curatorem conſtituit, & armillas ex auro in ea ſuſpendit. Ita [g] *Cotys*, Rex *Thracum* ad fontes, & loca umbraculis arborum denſa divertebat: & [h] *Alexander* ille, qui ſolus poſt homines natos cognomen ſuum implevit, in *Aſia* ſub arborum ramis curru vectus umbram captabat. Tam ſuave & gratum penè totius orbis regi ejus delinimentum ut incluſam & comprehenſam ſecum circumduceret. [i] *Lydi* quoque voluptatis & elegantiæ magiſtri, in umbra enutriti. Summas enim delicias arbitrati, ſi ardorem Solis quovis remedio evitarent. Quin & *Sybaritæ* umbraculis ſeſe adverſus ardorem Solis munire ſoliti. Sed profectò tanta ac tam multiplicia ſuperſunt Vmbræ beneficia, ut ea commemorare defugiam. Nam ſi recenſere omnia ſuſcepiſſem, plurima vel curioſo elaberentur: unde à me provocari ejus poſſet indignatio, tanquam ſocordiâ omiſſâ reticerem. Quare diutiùs hiſce orationem occupare deſiſtam.

f Herod. lib. 1.

g Athenæ. lib. 12.

h Plutarchus Alexand.

i Herod. lib. 1.

CAPI.

Cap. XXVI.

Summa ſapientia ſeipſum noſſe. Demonacti initium philoſophandi ex cognitione ſui. Seipſum noſſe difficillimum. Umbra imagine ſuâ docuit notitiam noſtri. De humana imbecillitate & fati imminentis aſperitate paulò copioſius diſſertatum. Nihil ex tam ſuperbo animali mors relinquit præter inanes umbras.

UNicum ſupereſt, quod ſine piaculo præterire non poſſum: tanti momenti & ponderis, ut ratione argumenti gravis inſtituenda diſputatio, ſi normam inſtituti excedere auderem: quidquid ſit, hanc diſſertationis partem huc rejeci, ut extra ordinem de illa dicerem. Enimverò non ſine cauſa Dæmon ille *Delphicus* noſtri ipſius cognitionem imperabat: ſatis enim ſuperque ſapientes, ſi nos ipſos familiarius noſſemus. Neque enim faſtus invaderet, nec inanis gloriæ aucupium occuparet, nec vota humanæ imbecillitatis menſuram ſupergreſſa miſeros torquerent, ſi cœleſte hoc præceptum & divinum donum præcordiis infixum obhæreret.

Rectè ſanè philoſophandi initium Demonacti ex cognitione ſui. Hæc enim vera eſt Philoſophia, infirmitatis ſuæ conſcium nihil tentare ſupra vires. manere intra ſtaturam, nec tumidis affectibus concitatum, ultra quam homini licet aſcendere velle. Cùm verò ſeipſum noſſe ex ſententia *Chilonis*, atque adeò omnium noſtrum, ſi verum fateri velimus, difficillimum: (quis enim ſibi verum dicere auſus? quis non plurima ſibi mentitus? etiam illa quæ agnoſcimus, diſsimulamus miſeri: & manifeſtis adulamur vitiis) miſerta noſtri umbra, ne dequereret imprudentes, velut mediâ nocte errantes prenſavit ac retraxit, & nos ipſos ad ſui ipſius imaginem deduxit, in eòque tanquam in ſpeculo fragilitatem noſtram oſtendit, ne ſuperbi & vani inania aucuparemur. Nihil enim majori fide & magis æmulâ ſimilitudine imbecillitatem noſtram exprimit, quàm Vmbræ ſimulachrum. Nota ſublimium Poëtarum oracula, quibus *Vmbræ fumi*, & [a] *ſomnio Vmbræ*, nos ſimiles adfirmant. Audis illa apud *Sophoclem*, [b] ubi *Ajacem* furore correptum videns *Vlixes* ait:

Ajace orario.

[a] *Plutarch. conſolat. ad Apollon. poſt*

illa

illa Pindari: σκιᾶς ὄναρ ἄνθρωπος, ἐκφαντικῶς σφόδρα καὶ φιλοτέχνως ὑπερβολῇ χρησάμενος, τὸν τῶν ἀνθρώπων βίον ἐδήλωσε. τί γὰρ σκιᾶς ἀσθενέστερον; τὸ δὲ ταύτης ὄναρ οὐδ' ἂν ἐκφράσαι τις ἕτερος δυνηθείη σαφῶς. *Vmbræ ſomnium homo. Artificioſa & aptiſſima uſus hyperbole vitam hominum expreſſit. Quid enim imbecillius eſt Umbrâ? aut quibus verbis ſomnium ejus effari poſſis?*

ὁρῶ γὰρ ἡμᾶς οὐδὲν ὄντας ἄλλο, πλὴν
εἴδωλ᾽, ὅσοι περ ζῶμεν, ἢ κούφην σκιάν:

Nihil nos eſſe aliud video, præter
Simulachra, quotquot vivimus, &
inanes umbras.

Quod ſi tanti videretur aliquandiu immorari contemplationi hujus noſtræ imbecillitatis, referrem flebiles ortus, quibus vitam noſtram nudi & inermes auſpicamur. Inter vagitus & lacrumas frigoris aſperitas intectos excipit: quæ ut teneros non adurat vinculis diſtricti obtegimur, ut vel in ipſis vitæ primordiis ſupplicia feramus. Quàm multi deinde elabuntur anni antequam nutantes artus ſuſpenſam corporis molem ſuſtineant, antequam nos homines voce prodamus. Iam firmi lacerti ferunt labores, & per tot angu-

ſtias

ttias ad virile robur eluctati ſumus: jam fata ab utero deſtinata imminent, tanquam floſculi maturitati vicini, mox exſtincti erimus. Hos laqueus aut ferrum expectat: illi ruentis populi furore & bellica conſumpti ſtrages occumbunt. Alios potentium exſcindit ira: alii ſub tyrannidæ fortunæ, contumeliæ ejus expoſiti, horrenda & immania ferro coguntur. Hos flamma in cineres & favillas convertit: illi membris per præcipitia jactatis, alitibus ferísque pabulum præbent: alii ultra vires cum fluctibus luctati, tandem quod vetus Poëta, *eviſcerati ſaxis ſparſi aſperis*, piſcibus ac beluis exponuntur. Quid referam fulmine percuſſos, aut urbium in ſe ruentium clade exſtinctos? quos torrentium violentia hauſit, aut incendiorum vorago conſumpſit? Nunquam enim vel levia naturæ rerum diſſidia oriuntur, quin ea mortalium calamitates componant. Si turbines exſurgant, vel mota contremiſcat tellus, ſi ſolis calor exæſtuet, aut peſtilens aër exhalet: quidquid eſt, in perniciem hominum conſpirare videtur. Et ne putemus tam longè quæri mortem, ipſa nutrimenta nobis fata præcipitant: luxurioſos

rioſos interemit intemperantia, abſtinentes frugalitas: induſtrios vigiliæ & nimius perdidit labor: ignavi ſitu & ocio tabem contraxerunt: illi vehiculo lapſi ſpiritum effuderunt: hos penatum ſuorum, ſæpè templorum, ruina ſepelit. Adeò nihil eſt, quod miſeræ huic animæ non ſtruat inſidias, quod damnatum non exigat ſpiritum. Atque hæc ipſa nos petunt tam celeri acceſſu, ut non ſentiamus niſi jam percuſſi: ſuſpenſo & furtivo irrepunt veſtigio, ut inopinantes opprimant. Ad hæc properamus per tot laborum multiplices ambages, per tot calamitatum & morborum difficiles anfractus, inter fortunę ludentis riſus, imò pœnas. Vnde *Varro* [b] doctiſſimus Romanorum, *hominem bullæ ſimilem* adfirmabat: & appoſitè *Epictetus*, *hominem fabulam quandam ærumnarum: fortunæ luſum, & lucernam vento expoſitam*, pulchra & convenienti prorſus imagine. Alii [c] verò hominem deſcripſerunt, *vas quaſſum & fragile, imbecillum, nudum, ſuâpte naturâ inerme, alienæ opis indigens, ad omnem fortunæ contumeliam projectum*, & ſi quæ his ſimilia humana calamitas ingenioſis expreſsit: qualia illa

b 1 *de re ruſtica.*

c *Seneca Conſol. ad Marciam.*

Ariſtotelis

Ariſtotelis, τί γάρ ἐστιν ἄνθρωπος; ἀσθενείας ὑπόδειγμα, καιροῦ λάφυρον, τύχης παίγνιον, μεταπτώσεως εἰκὼν, φθόνου καὶ συμφορᾶς πλάστιγξ, τὸ δὲ λοιπὸν, φλέγμα καὶ χολή: *Hominem*, ait; *exemplum imbecillitatis, temporis ſpolium, fortunæ ludibrium, mutationis ſimulachrum, invidiæ & calamitatis trutinam, cætera compoſitum ex pituita & bile*. Quę ſingula ſi attendere & rectè explicare vellem, ingenti ocio opus eſſet: certè non anxiè quæſita afflueret oratio, tam fœcũda & ingenioſa eſt calamitas noſtra. Quanquam iſthæc omnia Vmbræ ſimulachro exactè expreſſa. Nã & illa inſtar fumi & nebuloſi aëris præcipiti fuga evaneſcit; &, ut ita dicam, naſcendo moritur: quovis enim levi motu aut corporis opaci flexu diſsipatur & penitùs perit. Quæ quidem omnia infirmitatem noſtram, rerum humanarum fluxum, & ancipites caſus, atque adeò conditionem noſtram incertam, anxiam, & ſubinde variantis fortunæ ambagibus ſubjectam oſtentant. Vbi nunc impotentia noſtra, & vota humanam mediocritatem excedentia? Vbi iſte animus contemptor divinorum, qui oblitus ſuę conditionis, ardua æternáq; affectabat? Sola Vmbra oſtendit nos fragiles,

giles, caducos, putri corpuſculo circumtectos. Sola illa oſtendit nos, qui naturæ rerum compedes injicere conamur, qui ſanguinem & ignem miſcemus, eſſe

Somnia quæ mentes ludunt volitantibus umbris.

Et ne ſuperbi & faſtu efferati, falſò nobis blandiamur, nihil noſtri relinquit ſepultura, præter inanes umbras, &

-- quædam ſimulachra modis pallentia miris.

Ergò etiam vivi, & poſt mortem umbræ leves & errantia ſpectra. Nam conſcii arcanorum Philoſophiæ prodiderunt, [d] animam, quæ cœleſtis originis, ad ſu-

[d] *Hæc opinio petita ex Homero, & Poëtis recepta: de qua fuſè Servius in Virgilii Æneid. 4. qui tamen inter Umbram & ſimulachrum differentiam ſtatuit acumine planè Grammatico, & minimè ad mentem veterum Poëtarum. Platonici de umbris poſt mortem ſive umbrarum ſpectris aliter ſentiunt. Proclus in defenſione Homeri adverſus Platonem, c. 9. Timæus Locrus de anima mundi. Plotinus lib. 1. Ennead. 1. Auguſt. de civit. Dei lib. 11. cap. 10. lib. 12. cap. 20.*

peros

peros evolare, & puro ac lucido habitu præcingi, ſi materie ſolutâ, & nullis perturbationibus infeſtata diſceſſerit: corpus verò terrâ conſumi: umbram ſive ſimulachra quædam noſtri nuda permanere ad inferos. Atque hæc ſunt *Homeri*, *εἴδωλα καμόντων*: Matii, *ſimulachra in morte ſilentum*: Virgilii, *volitantes figuræ*. Tibulli, *leves Vmbræ*, & Platonis animæ umbratica ſpectra exhibentes. Nihil ergo ex tam ſuperbo & impotenti animali relinquitur præter inania ſimulachra, & errantes umbras. Hæc ſunt de quib. gloriamur mortales, digna profectò in quibus ſupercilium altiùs tollamus, quibus ſpes noſtras & improba vota ſuperbi, & confidentia tumidi ſuſpendamus.

CAPUT XXVII.

Multis Philoſophorum recepta opinio, mundum incendio periturum. Tota hæc mundi moles olim Vmbra futura. Vmbra ante res ipſas, & poſt illas futura.

QUanquam cauſa non erat, cur tanto ſtupore imperiti exciperemus, nequicquam ex tam fero & ſuperbo

bo animali remanere præter εἴδωλα quędam & effigies, cum principis naturæ juſſu tota hæc machina, ſedibus ſuis convulſa, redacta in cineres, in obſcuram ſolvatur umbram. Sapientum enim decretis traditum accepimus, fatorum lege hoc quicquid habitatur conflagraturum, mortaliáque omnia incendio peritura.[a] Hæc de mundi ruina & *Stoicis* & *Epicureis* conſtans opinio: quam & *Heraclides* & *Empedocles*[b] aliíque complures amplexi ſunt: ſed [c] exſtinctum orbem credebant, ut ſubinde renovatus & purior renaſceretur. Nobis verò auguſtior [d] Philoſophia revelavit,

[a] *Arrian. Epictet. lib. 3. cap. 13. Ovid. 1 Metamorph. Minuc. Octav. Arnob. lib. 2.*

[b] *Euſeb. præparat. Evang. lib. 14. cap. 5. Plutarch. lib. 1. cap. 3. de philoſoph. decret.*

[c] *Plato in Timæo, Ariſt. 1. Meteor. Iuſtin. Martyr. Apolog. 2 Seneca conſol. ad Marciam. Macrob. 2. in Som. Scip. c. 10.*

[d] *Clemens 8. Stromat. Auguſtin. de civitat. Dei lib. 18. Euſeb. præparat. Evang. lib. 15. c. 13.*

hanc

hunc orbem cœleſti incendio peritu-rum. Quandocunque igitur æterno decreto fatis viſum fuerit, ut turbata lege univerſi tota hæc támque vaſta moles, miſſilium, ut ita loquar, cœleſtium jaculis incendatur: tunc pater ille Oceanus, rerum omnium, ſi qua fides veteri Theologiæ, fons & origo, conſumpto humore ſuo, fumo peribit: & cum eo tot aggeres inſularum atque adeò hæc noſtra maxima illa Oceani ambientis conſtricta vinculo, ornamentis ſuis picta, gentium & animantium tuta ſedes, tot colles comis induti viridantibus, ſcatebræ fontium ac flumina oportuna: tot arbores prolixo vertice, & rupes humanos adſpectus fugientes, correpta igne in fumum abibunt. Quidquid tam longus & diuturnus fortunæ favor ad ſummum evexit! quicquid in miraculum extulit, tot nomina clariſſimarum urbium, regum, & populorum latè dominantium ſedes; tot moles æternitatis deſtinatione ad ſidera erectas, ignis obruet, & diſſipatæ fumo denſiori umbra evaneſcent. Sive igitur hanc de mundi incendio ſententiam ſequamur, ſive aliorum faveamus errori, qui ſolutas compage ſuâ has rerum moles,

ruptis

ruptis concordiæ fœderibus, confuſas olim & in priſtinas tenebras redituras arbitrantur, umbra craſſior omnia occupabit, &, ut ita dicam, reliquias tanti cadaveris officiosâ humanitate componet. Non verebor igitur religiosè de Vmbra dicere quod *Orpheus* de *Iove* canit: (ἐρχαυνος,

Ζεὺς πρῶτος γένετο, Ζεὺς ὕστατος ἀρχικέραυνος·
Ζεὺς κεφαλή, Ζεὺς μέσσα —

Primus cunctorum eſt, & Iupiter ultimus idem
Iupiter & caput & medium eſt.

Nam & priuſquam res ipſæ; imò priuſquam temporum diſcretæ vices, atq; adeò pulcherrimum illud opus, intermicantibus ſiderum ocellis diſtinctum, umbra fuit: unde & æternitatis imagine cultus ac veneratio illi debetur. Deinde quoque poſtquam ſummi opificis imperio ſoluta tenebris indigeſta rerum omnium moles, & ſingula muneri ſuo deſtinata eadem illa longè latéque ſparſa, non tantùm inferni penetralibus & regno tenebrarum includi ſeſe paſſa eſt, ſed ad uſque cœli ardua tranſcendere, & faces aſtrorum appetere auſa: ita cùm hæc ampliſsima univerſi machina ſoluto mundi fœdere divulſa,

divulſa, pulcherrimáque iſta gentium ſedes rupta compagine colliſa, & communis diſcordiæ clade deleta jacebit, Vmbra omnia occupabit. Animosè igitur & verè potentiſſima Diva, quod *Ægyptii Iſidis* templo inſcripſêre, de ſe uſurpabit: ἐγώ εἰμι πᾶν τὸ γεγονὸς, καὶ ὄν, καὶ ἐσόμενον. καὶ τὸν ἐμὸν πέπλον οὐδεὶς πω θνητὸς ἀπεκάλυψεν. Ego ſum omne illud, quod fuit, quod eſt, quódque futurum: & peplum meum nullus mortalium detexit.

Plut de Iſide & Oſiride.

CAP. XXVIII.

Concluſio operis, item Hymnus ad Vmbram.

HActenus ardore ſuppreſſo, & toto cœlo tenebris obducto inter amplexus meos commorata eſt Vmbra. Mirabile viſu, omne animantium genus ad vires redierant: vidiſſes paſsìm proſtrata ſopore ſuper genиſtas & mollia prata latus explicâſſe, ut capto umbrarum delinimento reficerentur. Dum hoc miror,

Inter complexus excidit umbra meos.

Reſeratur cœlum, & lucis amœnitas, quaſi nube intercepta fuiſſet, lætior enituit.

tuit. Subtractam igitur oculis, & præpeti fugâ per aëris campos evolantem, quantum licuit, acie inſectabar. Sed cùm fruſtrà fugientem ſequerer, & adſpectus meos faſtidire eam intelligerem, quod ſolum relictum erat, abſentis laudes carmine implere conabar.

Regnantem ſuperis ſtygiiſque in ſedibus V M-
B R A M
Dicere laurigero ſtimulat ſacer impetus æſtro.
Phœbe fave, & vos ſeu bifidi juga frondea montis
Theſpiades colitis Dircæi aut fluminis oras,
Fundite Pieriis vocalem fontibus undam.
Túque adeò Vranie, Iovis ô clariſſima proles,
Quæ genus & nomen cœlo deducis ab alto,
Seu te cura poli, ſeu noſtri conſcia fati
Aſtra tenent, pavidis clemens allabere ceptis.
Iamprimum totam validis circumſpice clauſtris
Suſpenſam mole, decus admirabile mundi,
Terráſque tractúſq; maris, campóſque liquentes
Aëris, & picti laqueata palatia cœli:
Aureáque æternis radiantia ſidera flammis,
Seu tremulum octavo criſpant quæ lumen ab orbe,
Seu varios replicant ſepteno tramite gyros:
Omnibus Vmbra prior. Nam vaſti ſemina mundi
Congerie indigeſta rudi cum ſparſa jacerent
Vndique, nec rutilus liquida ſol ætheris ora
Spargeret aut radios, ipſe aut luſtraret Olympum,
Vnde dies, quique in ſua terga revolvitur annus,
Atq; ævi momenta fluunt, & tempus, & ætas:
Hæc ſola imperium vaſta ditione tenebat,

Tartareæ regina plagæ, antiquiſſima rerum,
Nec prior, noctiſque parens nox ipſa futura.
Illa licet ſtygiis tantum præfecta tenebris,
Pallenteis-æternum amneis nigráſque paludes
Cocyti teneat, furiáſque exterreat atras,
Audet in excelſos cœlorum irrumpere tractus:
Hinc cœlum patria, & nigro ſtyx livida fundo eſt.
Progeniem verò & clari natalis honores
Bisgenitus Bromius canat & Tritonia Pallas.
Noſtra hæc præ cunctis natalibus inclyta Nympha,
Nata fuit, nec nata tamen, perfecta virago,
Editáque in lucem cunctis antiquior annis.
Quod ſi te fragilis movet admiratio formæ,
Cœleſtis meritò mireris dona decoris:
Quâ captus Divam quondam Narciſſus amavit,
Occubuítque undis, atq; ignibus exſpiravit!
Quin & perpetuò blandæ præſtantia formæ
Permanet, ac ſemper virtus adverſa ſenectæ.
Inviolata terit membris redeuntibus ævum,
Et proprio validam decerpit ab hoſte juventam.
Sed leviora loquor, longè graviora ſuperſunt:
Detexit cœlum cœlíque volubilis orbes:
Edocuit motus varios, ortus, obitúſque
Stellarum, Soliſque vias, annique meatus.
Pandit & occultos Lunæ Soliſque labores.
Atque alia Actæa quondam diſcuſſa ſub umbra,
Quæ nunc obſcuris tenebris obducta jacerent,
Hæc niſi Diva foret. Per eam Memphitide ripa
Ardua pyramidum faſtigia mente ſagaci
Dimenſa eſt olim ſollertia dia Thaletis.
Quod terris lucem ſpargit Sol, quódque viciſſim

Indulget

Indulget feſſis rebus nox blanda quiëtem,
Muneris illius eſt. Hæc ſancta ſilentia Muſis
Suppeditat, tremulum quâ deſuper imminet umbris
Aonium nemus, & ſcatebræ, loca conſita amorũ,
Hâc ego fallacis poſt tot fera prælia ſortis
Securus Divâ fruar. O quis præpete pennâ
Me cupidum ſtatuet puri ſuper avia luci?
Quis fontes luſtrare ſacros, & amœna vireta,
Quis dabit efferri non noto ad ſidera ſtatu,
Lenis ubi ſpirat labentis fluminis aura,
Gratáque ſecretis reſpondet ſilva Camœnis.
Arbitra ubi vitæ ſapientia dia recluſa,
Fluctibus è mediis homines cæciſque tenebris
Eripuit quondam claráque in luce locavit.
Ex qua nunc etiam per cunctis dedita gentes
Dulcia promanant fragilis ſolatia vitæ
O ſtudiis jucunda meis, ô mille petita
Lux votis, ſtrepitu quæ me variiſque procellis
Eximat & puro ſubvectam lumine mentem
Donet in excelſos Muſarum ſcandere colles.
Sed nec Pieridum tantùm Dea pollet in antris,
Quin etiam ſævo duri in certamine Martis
Exercet vires: docet hoc clariſsimus olim
Romanis actus Ponti de Rege triumphus:
Cùm ſola objiceret Dea ſeſe interrita telis,
Avertens ictus florentéſque ære catervas.

Hæc feſſos recreat populos per inhoſpita ſyrtis
Littora, per calidas Libyæ ſitientis arenas.
Hæc pecori requiem, gratiſſima munera præbet,
Dum cytiſi flores depaſta armenta, ſoporem
Strata ſub arboribus carpunt, & cuſpide recta
Iam medium clari Phœbus metitur Olympi.
Hanc Satyri, Dryadeſque colunt, Nymphæque, Venúſque,

Quæque aliæ latitant per opaca cubilia Divæ.
Cætera quid referã ſollertis munera Nymphæ?
Præcipuos pictura Deæ tranſcribit honores.
Nam docuit rerum propriâ ſub imagine formas
Fingere, & ad radios deſcribi corpora Phœbi.
Divinum inventum, quo clarâ luce refulget
Quod nihil antè fuit picturáq; imagine veri
Arte novâ transfert in res umbracula rerum,
Veráque figmentis, veris figmenta remiſcet:
Natura ut ſeſe meritò miretur in illa,
Ereptúmque ſibi decus obſtupefacta requirat.

Illa feros animos molli pietate ſubegit,
Et docuit celſo vultus obvertere cœlo,
Quin divos ipſos divúmq; induxit honores.
Illa ſuo præeſt nocturnis numine ſacris,
Horrendíſque juvat cantus & murmura dira,
Infeſtóſque Deos, Erebum Manéſque fatigat:
Pérque vias errare novis dat ſpectra figuris,
Manéſque excitos medios ululare per agros
Sub noctem, & notos queſtu complere penates.
Illa ſuo ſenium ſecludit corpore toto
Haud numerans jugi fugientia ſecula lapſu;
Tota ortus finiſque expers diſcrimine nullo,
Tota ſibi ſimilis remanet pérque omnia par eſt.
Ergo ubi poſtremum mundi compage ſoluta
Hanc rerum molem ſuprema abſumpſerit hora,
Quâ chaos antiquum repetent mare, nubila, cœlũ,
Sidera ſideribus concurrent, raptáque terræ
Fundamenta ruent, totúſque à ſedibus orbis
Convulſus magnâ vi fulmine conflagrabit;
Ipſa leves cineres nube amplectetur opacâ
Et priſco imperio rurſus dominabitur VMBRA.
Salve Diva potens, toto celeberrima mundo;
Infernæ regina domûs, princépſque ſupernæ;
Temporis excedens metas, prima, ultima rerum;
Naturæ

Naturæ lætantis opus, cui mœnia cœli,
Totáque telluris validis innixa columnis
Machina, diviſos ſubmittens cardinis axes,
Vi rapida perrupta patet, mortalibus una
Prævia ſax cæcis, errorum mille tenebras
Diſcutiens, veríque illuſtrans lumine mentes.
Ipſe ego, quod poſſum, ſacras operatus ad aras,
Per populos paſsìm læto tua nomina plauſu
Vulgabo, claráſque feram per ſecula laudes.
Quòd ſi Laertiades ego nunc, vel Thracius Orpheus,
Alcidéſve novus, penetrare ad tartara poſſem,
Téque meam ſuavi cithara fidibúſque canoris
Conſortem thalami Eurydicen revocare liceret;
Ipſe domos atras inferni regis adirem,
Luſtrare ut penitùs ſacri miracula vultus,
Et poſſem ſuperas mecum te ducere ad oras.
Lenibus interea tu nos Dea conde ſub alis;
Non denſam petimus, quæ terres numine manes;
Sed tenuem & blandam, quæ mulces ætheris auras.
Cinge age nos blandis levibúſque allabere pinnis
Sufficiens requiem placidis non dura Camœnis.

IANI DOVSÆ F. IN LAVDEM VMBRÆ DECLAMATIO, ET CARMEN.

V. C.
IVSTO LIPSIO.

ET admiratio eruditionis tuæ, & beneficiorum erga nos frequentium recordatio tantùm potuit, ut non ſolùm ad grati animi ſignificationem animum adderet: ſed viam ad hanc audaciam, ineptias tibi noſtras inſcribendi, præmuniret. Qui enim ita Philoſophiam cum politiori literatura coniungeres; ut & illius inexhauſti fontis perennes aquas nitidiſſimos Eloquentiæ alveos derivare, & iſtos *Adonidis* hortos limpidiſſimis irrigares Sapientiæ rivulis: ſciebam te hanc opel-

lam

lam noſtram, quum & primo aſpectu arriſerit, propius inſpectam non rejecturum: quæ tum in ea diſciplina, quàm philoſophiæ ipſi, & inprimis divinæ illi, maximè convenientem dixit *Ariſt.* 12. *Metaphyſ.*
verſaretur: tum argumenti genere: adhuc intentato luderet ad animi noſtri remiſſionem. Ac tametſi tenuioris operæ & penè abortivæ eſſet: tamen quum ſummos omni ævo & viros & Philoſophos iſtiuſmodi luſus ſibi permiſiſſe viderem: æquum fuit eam ſive bona videretur, optimo doctiſſimóque viro inſcribi; ſive bonitatem eam per ſe tueri non poſſet, tenebrarum ſuarum caliginem nominis tui ſplendore diſcutere.

IANI DOVSÆ F. IN LAUDEM UMBRÆ *DECLAMATIO.*

QUòd ſi ſummus Orator *Demoſthenes*, quum in capitali cauſa vix illis dicendi fulminibus, quibus *Græciam* permiſcere dictus eſt, ſibi judicum attentionem poſſet impetrare; non

aliundè quàm ab umbra, & ipſius quidem umbra aſini præſidium imploravit: neque mihi eam rem fraudi futuram ſpero, ſi maximorum virorum exemplo, qui muſcas, pulices, ſcarabeos, & iſtiuſmodi quiſquilias in cœlum ſuſtulerunt: aliquam & ipſe ſuper umbræ laudibus declamatiunculam inſtituero: quum inter eximios illos artifices, & *Zeuxidis Parrhaſiiq́;* ad omnem æternitatem conſecrata nomina, etiam *Pyreicus* celebretur: qui tonſtrínas ſutrináſque, & aſellos ac obſonia atque id genus vilia exprimendo ſummam adeptus eſt gloriam. Nec plus credo laudis meruiſſent imperiti pictores: ſi pulcherrimos homines deformiter expreſſiſſent: quam *Pauſias* aut *Euphranor*, ſi deformes pulcherrimè. Neque verò ego, ut *Myrmecides* aliquis, aut *Callicrates* minutiſsimorum operum, ac tantum non viſum effugientium, fabricatores, in apum formicarúmve perfectione elaborabo; ſed rem omnium latiſsimè fuſam, & quæ penè cum univerſa hac inferiore rerum natura finium regundorum, agere poſsit, ex jure manu conſertum in poſſeſsiones ſuas reſtituam: & terminos per contemptum

tum

tum vel invidiam propulſos, vel exaratos reponam. Quum autem vindiciarum actione antiquitus obſervatum fuerit, ut in una gleba, quam inde attulerunt, velut in toto agro vindicarent: idem mihi hoc tempore faciundum cenſeo, ut quum vix milleſimam partem ac ne umbram quidem laudum umbræ attigero; in iis tamen ipſis, quæ in ſolum, quod dicitur, venient tanquam in univerſa vindicem poſſeſsione. Sed jam tempus eſt, vos in rem præſentem perducere: ut totam hanc de præſcriptionibus, controverſiam accuratiùs cognoſcatis. Quum verò omnis, quæ via & ratione procedit oratio, à definitione debeat proficiſci: placet ante omnia definire quid ſit VMBRA. Vmbram itaque nihil aliud eſſe ſtatuimus, niſi privationem lucis, impeditæ ab opaco corpore:

Nimirum quia terra locis & ordine certis — *Lucret l. 4.*
Lumine privatur Solis, quacunque meantes
Officimus: repletur item, quod liquimus eius.
Propterea fit, uti videatur, quæ fuit umbra
Corporis, è regione eadem nos uſque ſequuta.
Semper enim nova ſe radiorum lumina fundunt,
Primáque diſpereunt, quaſi in ignem lana trahatur.
Propterea facilè & ſpoliatur lumine terra,
Et repletur item nigráſque ſibi abluit umbras.

Ridebitis, credo, me in re tam nihili, & in ea re, quæ ne res quidem appellanda videatur, ſic omnium aures arrexiſſe: & taciti vobiſcum muſſabitis:

Quid dignum tanto dabit hic promiſſor hiatu?

At ſi penitùs introſpiciatis, non ſecus atque in Silenis ſuis *Alcibiades*, divina omnia atque admirabilia reperietis. Vmbra enim ſeu generis antiquitatem ſpectemus, nobiliſſima eſt: ſeu ingenium, acutiſſima: ſeu virtutem, fortiſſima: ſeu gloriam denique, honoratiſſima. Ac de antiquitate I. videamus. Quum enim non ſolùm inter Philoſophos ac Poëtas, ſed etiam inter Theologos ſatis conſtet, à privatione & Chao omnia incepiſſe: & ante orbem conditum tenebras abyſſum opacâſſe *Moſes* ipſe teſtetur: atque hâc ratione noctem die priorem extitiſſe dubium non ſit; quod & * *Thales* affirmabat: nox autem aliud nihil ſit, niſi terræ umbra, umbram rebus omnibus antiquiorem eſſe neceſſum eſt, id quod *Achillis* ſcutum depingentem principem Poëtarum *Homerum* non latuit: neque *Heraclidem Ponticum* fabularum ejus diligentiſſimum interpretem: nec *Orpheum*

Part. I. De nobilitate umbræ

* *Apud Laert. in eius vita.*

Iliad. Σ.

pheum quidem, qui in Hymnis noctem omnium antiquiſſimam appellat, & eandem alibi rerum cunctarum generatricem; ut optimâ ratione illi mihi feciſſe videantur, qui Æquinoctiali circulo à nocte potiùs quàm à die appellationem tribuerunt. At occurret mihi quiſpiam, quomodo umbra tum potuerit eſſe, quum lumen nondum fuerit: ſiquidem umbra ubicunque eſt, ibi eſſe & corpus & lumen oſtendit. Cui pro me abundè reſpondebit *Baſilius*: Solem quidem ac Lunam, & illa cœli inſignia nondum fuiſſe: ſed ſpiritus & cœleſtes exercitus Angelorum in ea luce, cui nec ſtellarum fulgor, nec Solis claritas comparari poteſt, conſtitutos, neque tenebras illas per ſe extitiſſe, ſed aliorum comites corporum cogitandum eſt. Itaque quod ad nobilitatem attinet, videtis quâ origine glorietur umbra, ea videlicèt, quæ ante omnem rerum originem fuit. Et quis parentes ejus aut genus invenire poſsit, quæ antè ſit, quàm ille humani generis parens omnem occaſionem poſteris oſtentandi ſanguinis claritatem præripuiſſet? niſi fortè abſentiam Vmbræ matrem fuiſſe dicamus: nam pater cùm in cæteris ferè incer-

In Hexam. Homil. 2.

Vt Heracl. Pontic. Alb. leg. Homer.

incertus, tum hic incertiſsimus eſt: & abſurdiſſimum eſſet credere, quod tamen aliqui prodere auſi ſunt, Tempore genitam; quàm Tempus ipſum aviam ſuam jure poſsit agnoſcere. Etenim & ab eo motu, qui à cœlo ſideribúſque conficitur, fluit tempus: & Vmbram *Heſiodus* Ætheris, *Tibullus* ſiderum eſſe matrem teſtatur. Quòd ſi locum quoq; natalem requiritis: quandoquidem id vel inprimis ad Nobilitatem facere exiſtimatur: non illius primordia aut inſtabilis *Deli*, aut mendacis *Cretæ* finibus circumſcripta: ſed in ipſo primum, in ipſo, inquam, perturientis Naturæ ſinu eſt edita ut veriſſimè illi competat, id quod *Socrates* ſibi falsò adſcripſit: qui mundanum ſe ferre & gloriari ſolebat. Nec per quoſdam infantiæ & pueritiæ gradus ad adoleſcentiam, ac deinde ad juventæ maturitatem pervenit, ſed ſtatim totum hoc univerſum complexa ferrugineo ſuo pallio opacavit.

Ovid. 3. Faſtor. *Quâque die partu eſt edita, magna fuit.*

Part. 2. De ingenio. Jam quod ad ingenii laudem pertinet, certè ea apud vos omnes, qui in excolendo eo plurimùm laboratis, quàm maximum momentum habere debet.

Cur

Cur enim non vel inprimis ingenioſam umbram dixerim, potiori certè jure, quàm aut timorem *Ovidius*, aut gulam *Petronius*: cùm illa ingenium non dormientibus, ut *Parnaſſus*, ſed vigilantibus ſubminiſtret: unde & præ cæteris εὔφρων, i.e. ſapientis cognomine digna eſt habita à Poëtis. Hæc eſt, quæ *Demoſthenem* ad id eloquentiæ faſtigium eduxit, qui ante lucanas fabrorum operas pervertere magnâ ambitione conſueverat: nec ingratum ipſum experta eſt: quum in ſanctiſſimo Iudicum conſeſſu feriis maximè rebus mentionem ejus intexere non fuerit dedignatus. Hæc mortales animos ſubducit in cœlum; ac velut inde contemplantibus trium nobiliſsimorum in rerum natura corporum amplitudinem detegit. Namque cùm ſint tres umbrarum diverſitates, conſtétque ſi par lumini ſit materia quæ mittit umbram, utrique æqualem columnæ effigie jaci nec habere finem: ſi major, in turbinis formam diffundi: ut à cuſpide incipiens in latitudinem creſcat: ſi minor, materia opaci quàm lucidi corporis, metæ exiſtere effigiem in mucronem deſinentis: cûmque talis umbra cernatur, deficiente Lunâ, hinc

primum Mathematici, conſtantiſſimis rationibus nixi, collegerunt, ut nulla ampliùs dubitatio relinquatur: terram à Sole magnitudine ſuperari, atque ab illa Lunam: neque enim hæc poſſet in metam noctis incurrere: quæ ipſa multis partibus minor terra eſt: niſi plurimum hujus magnitudini cederet. Eadem quoque formam telluris, quæ in ſpeculo, oſtendit mortalibus, quum enim illi tympani *Leucippus*, trapezii *Anaximenes*, *Heraclitus* ſcaphæ, cylindri *Anaximander* figuram tribuerent: & cavam *Democritus*, planam *Empedocles* exiſtimaret: illa velut mediam ſe interponens, juſto cum univerſis ſacramento contendit, & æquitatis fiducia ſatis freta Lunam in eam rem quamvis infeſtiſſimam ſibi, arbitram cepit: quæ veritatis & oculorum teſtimonio victa, litem ſecundum ipſam dedit; terrâmq; rotundam eſſe pronunciavit. Vmbra enim quæ corporis ſui figuram imitatur, & in Lunæ deliquio obſcuratam ſemper à lucidâ partem abſolutâ circuli rotundatione ſecernit, Sphæricam eſſe telluris ſuperficiem declaravit. Sed & ſitum ejuſdem de quo non levis controverſia inter Philoſophos fuit, evi-

den-

dentiſſimis rerum argumentis patefecit,ac duplici ratione in medio univerſi poſitam hominibus demonſtravit: tum gnomonum umbris, quæ in æquinoctiis orto & occaſo ſole in eandem rectam lineam congruunt: tum Eclipſium indicio, quæ etiam in locis ſoli non oppoſitis, terra extra medium conſtituta, viderentur. Nimis exigua adhuc dixi, neque enim illa Solis amplitudinem modo,ſed excurſus omnes, ſeu in dextram attollatur, ſeu in ſiniſtram devergat, permenſa eſt;illa ſegmentorum æquidiſtantium, quæ turbinata vertigine funiculi inſtar in ſpiram collecti ſibi mutuò adhæreſcentes ſtellarum altitudinem monſtrant: illa analemmatum rationes invenit:illa dierum noctiúmq; atque horarum dimenſionem Mathematicis oſtendit. Nam & Sciothericis etiam nomen dedit. Quin & Eccentricorum ſubtilitatibus cauſam præbuit. Eſt enim Sole Cancrum luſtrante, ubi ſupremam abſida conſtituunt Aſtrologi, productior: brevior hyeme circa brumalem circulum, ubi proximum terræ ſidus: quum ex Opticorum demonſtrationibus conſtet, ſi opacum corpus lucido opponatur; tam magis umbram

Utriuſque rei demonſtrationem pete à Theone in lib. I. μεγ. συντάξ. cap. 4.

in longum diffundere, quàm magis à lumine removetur. Quæ obſervatio & ad defectuum moras pertinet. Siquidem æſtivis menſibus acutiore umbra Lunam hebetari, bruma contractiore compertum eſt. Idque ipſum maximè Peripateticos quoſdam ad Eccentricos quibus tamen acriter renituntur, admittendum invitos coegit. Quid? de umbræ ingenio in cœleſtium rerum inveſtigatione quod dicamus, nihil eſt præterea? imò maximè. Nam quum Sol irrequieto lapſu per orbem ſuum diſcurſans, licèt eundem ambitum reciproco ſemper volumine metiatur, tamen tum propter appulſus ad Æquatorem proprios, aut ab eodem receſſus, tum propter variantem earum ſtellarum, quas fixas dicimus progreſſum, ægrè ad certas metas & quaſi carceres quoſdam adſtringi poſſit; ideóque nec certa anni antiquitas liquido definiri; umbra non indignam ſe judicavit, cui pulcherrimæ rei diſceptatio deferretur: quæque exactiſſimam ejus temporis rationem, quo Sol ad eadem ſigniferi diverticula revertatur, oſtenderet: itaque cum tempore meridiano alicujus diei ex Sciothere in planiciem cadens lineæ

Ut Averroem in 2. de cœlo comment. 32.

Mutationem maximarum declinationum intellige.

lineæ ſuæ extremitatem certo termino deſignâſſet; ad eandem notam non niſi Sole ad idem Zodiaci ſcrupulum reverſo rediit: diéſque & horas toto hoc temporis ſpatio elapſas velut digito indicavit. Huic igitur ſoli tribuendum videtis: quòd mens hominis in hunc corporis carcerem conjecta eo uſque ſeſe attollere, atque alas primogeniæ ſuæ divinitatis potuerit reparare: ut dædalæ rationis ſubvecta remigio ad ſpatioſi illius ætheris campos, & ad cœli potiùs, quàm ad Cumarum templa penetraret. Et tamen, quæ tam diligenter cœli plagas ac cœleſtium corporum dimenſiones ſcrutatur, optimè ſibi cavit ab eo convitio; quo anicula quædam Thaletem perſtrinxit. Quis enim credat eorum curam negligere, quæ ante pedes ſunt, & in hujus inferioris mundi diſquiſitione verſantur: qui ſciat
quemadmodum terræ univerſæ ambi- *Vide Cleo.*
tum ex umbrarum diſcrimine ac pro- *l 1 c ult.*
portione ad ſuos umbilicos collegerit
ut cœli inclinationes ſuas, quæ climata *Vid Ptol.*
& parallelos vocant, Solíſque metas *l.2. μεγ.*
& temporum viciſſitudines continent, *συντάξ.*
c.5.6. &
unicuique loco aſſignârit: utque in *Theonem.*
ipſo Lunæ deliquio ex horarum diffe- *ibid.*
rentiis

rentiis locorum interſtitia computare conſueverit: ita ut non minùs in cœlo terreſtrium, quam in terra rerum cœleſtium rationes exquirere videatur. Quid, quod rerum humanarum faciem immutat hominum cauſa, profligatâq; luce cœli tectum nobis pulcherrimè laqueatum ac ſupremas illas imagines repræſentat? Quum enim oculos non alii uſui, quàm ad cœli palatium ſuſpiciendum, datos hominibus dixerit *Plato:* fruſtrà certè nobis tot pulcherrimarum rerum ſpectaculum Natura paraſſet, abſque hâc Editrice & quæ Muneraria fuiſſet. Ad hæc quis tam bardus, ut non ſentiat hanc varietatem, & diſtinctam tenebrarum viciſſitudinem jucundiorem multo & gratiorem efficere lucis uſuram? Quod igitur Solem laudant, æquo animo ac libenti accipimus, dummodo ſciant: id ipſum, ut laudari poſsit, umbræ eſſe tribuendum: id quod & *Heſiodus* intellexiſſe videtur: ubi diei ortum atque natales ad noctem refert. Ita enim movetur umbra: ut, poſt terras Solis ardore vexatas eaſdem modo his, modo illis partibus opacet. Neque verò metuendum eſt, ne quis hâc lege cum ea experiatur,

quæ

quæ adverſus deſides & otioſos ab *Athenienſibus* lata eſt: ſiquidem haud unquam quieſcit: ſed cum Solis progreſſu ſemper mobilis altitudinem ejus ac celeritatem converſis anni temporibus imitatur: cûmque eo non minùs circumagitur, quàm flos ille, qui ab ea ipſa converſione nomen accepit: ut non immeritò alas ei veteres affinxiſſe videantur. Inter quæ omnia moderationem ejus ac modeſtiam admirari licet: nam & iis, quos videt beneficio ſuo maximè indigere, diurni vaporis damna noctium opacitate compenſat: & his, quibus Sol remiſſior incumbit, ſub noctem brevius decurrit: atque ita frigoris & caloris modum temperat: ut, quum ſub Æquatore partitis vicibus dimidiam fere anni partem tenebræ occupent: ſub polares contra regiones vix trimeſtri ſpatio Solis ac crepuſculorum luce deſtituantur: nam ſi abſque hoc eſſet; quis ſub frigidis plagis hyemem, aut ſub torrida æſtus toleraret? Quorum omnium recordatio facit: ut *Ægyptios* magnæ arguam, inſcitiæ, an ingratitudinis dicam, neſcio: qui cùm aſpidem & ſcarabeum, hunc quod rotundam ſphæricámq; materiam ceſsim
in

in contrarium impellendo Solis ſymbolum repræſentet: illam, quod ad motum nullis utens inſtrumentis, ſe facili lubricáque convolutione contorquens ſideri comparetur: utrumque divinis honoribus conſecrârint: umbram quæ tam lubricas ſiderum obambulationes,non modò aſſequuta eſt,ſed & Solis ac Lunæ magnitudines dimetiendo, & quaſi ad libellam ac normam expangendo cœli ipſius interpretationem ſibi vindicavit, ita penitus extra numerum habuerint: quæ tamen ipſos Pyramidum menſuram citra funiculi aut decempedæ præſidium edocuerat in plano. Sed optimè injuriam ſuam ulta eſt umbra cum certis anni temporibus ſole ad lineam ſupra caput permeante, penitùs ſui copiam *Ægyptiis* denegaret: quæ loca ἄσκια, i.e. ſine umbra dixerunt veteres. His adde, quòd ſi magni Reges immortalitatem ſibi paratam putavere: quod de ſuo nomine quaſdam herbas appellaverint: quanto præclarior præſtantiórque umbra exiſtimari debet, quæ non herbæ uni aut floſculo; ſed hominum, quadrupedum, piſcium generi nomina à ſe dederit? Primum enim orbis univerſi

incolas

incolas triplici umbrarum genere diſtinxit, Amphiſcios in Zona torrida collocavit, quibus meridiana umbra, ſi tamen ulla eſt, nunc ad Septentriones, nunc ad Auſtrum procedit. Periſcios in frigidis, inde dictos quod eorum à Solis vertigine incertæ umbræ molarum modo circumagant. Eteroſcios in temperatis, qui alteram ſolùm habent, Arctoam, vel Auſtrinam Quin & regnum ſibi peculiare ſub ipſa torrenti plaga, ubi tamen minimè illi locus eſſe videtur, conſtituit: nempe apud ſciopodas populos, ſeu quis Vmbripedes malit dicere, ita appellatos, quòd in majori æſtu jacentes reſupini, umbra ſe pedum protegant: quos toto corpore majores habent. Nec in ea re hominibus ſolis eſt gratificata, ſed & beneficium hoc cum quadrupedum genere communicavit: inter quæ animalculum *Sciurus* (ſic dictum à cauda villoſiore, quâ ſuper dorſum reflexa ſub dio protecto utitur) ea eſt ſolertia, ut in maximis Solis fervoribus ad frangendum calorem inſtar pavonis erecta cauda ac patula ſeſe opacet & inumbret. Et quis Scientiam, ſeu umbram piſcem expetitum unicè divitum menſis ignorat? ſive

à colore id nominis adeptus ſit: ſive à celeri ſuo natatu, quo aciem oculorum effugiens, umbra piſcis magis, quàm verus piſcis intuentibus appareat: ſive potiùs à lineis quibuſdam obliquis & obſcuris à dorſo deſcendentibus: quæ aliarum videantur umbræ. Vtut ſit, calculos quos hic piſcis in capite gerit, collo appenſos colico dolori abigendo præſentiſſima remedia eſſe volunt medici. Cæterùm & ſollennibus in conviviis Paraſiti, honorificum olim nomen, qui venirent non ipſi quidem vocati, ſed comites eorum qui vocati fuerant, Vmbræ dicebantur: id quod à *Socrate* natum exiſtimant, qui *Ariſtodemo* perſuaſerit: ut invocatus ſecum ad *Agathonis* convivium accederet. Accidit autem *Ariſtodemo* ridiculum quiddam. Siquidem cùm inter eundum non ſentiret *Socratem* à tergo relictum, prior ingreſſus eſt: planè velut umbra corpus præcedens lumine à tergo ſequente. Sed & homines, quum homines eſſe deſinunt, in umbras abire creduntur, & fratrum illa ſors tertia, regnum, inquam, *Platonis*, non niſi umbris conſtat. Quin Scenæ olim cùm è ramis & frondibus conficerentur, ita ſunt ab umbris

bris appellatæ : & Vmbræ apud *Feſtum* vocantur *Neptunalibus* caſæ frondeæ pro tabernaculis: & nox ipſa apud Poëtas Vmbræ nomine ſæpiſſimè deſignatur : eámque ab *Homero*, θοὴν, i.e. acutam appellatam *Heraclides Ponticus* tradit: non tanquam curſu acuta ſeu velox ſit, quàm quòd figura ejus in acutam lineam, & quaſi mucronem terminetur. Prorſus ſicut in fabulis, quidquid *Midas* tetigiſſet, aurum erat, & ut illa apud *Perſium* optat : quidquid calcaverit hic, roſa fiat ; ita quicquid umbra contigerit, etiam ejus appellationem ſortitur. Nam & huic architecti Sciographiam, & pictores inumbrationes ſuas receptas ferunt. Itaque maximum illud in pictura, ut quo loco ſuperficie turgeant, quóve in cavum recedant, flexúſque omnes corporum & declinationes appareant, umbrarum adminiculo pictores efficiunt, & earum aptiſſima temperatione in rerum natura quaſi alteram naturam adumbrare conantur : inter quos *Pauſias* ſpectatam poſteà in *Pompeii* porticibus boum immolationem ea gratia fecit : ut eam deinde imitati ſint multi, æquaverit nemo ; idque hâc potiſſimùm ratione ; Sat. 2.

ut

Lib. 35. cap. 12. ut tradidit *Plinius*. Quum enim alii, quæ volunt eminentia videri, candicantia faciant, colorémq; condiant nigri: hic totum bovem tricoloris fecit, umbræq; corpus ex ipſa dedit, magnâ prorſus arte in æquo exſtantia, in confracto ſolida omnia oſtendens. Sed quid mirum, cùm huic artis totius debeatur inventio? Siquidem picturam ipſam primùm repertam umbra hominis lineis circumducta in confeſſo eſt.

Atque hæc quidem ſatis ad ingenii commendationem eſſent; niſi id clariùs multò in futurarum rerum præſagiis eluceret. Quòd ſi *Beroſo* ob divinas prædictiones ſtatuam inaurata lingua *Athenienſes* publico in gymnaſio poſuerunt, quæ hujus divinitate, quàm tot ſæcula comprobârunt, digna ſtatua reperiri poſſit; niſi eam ipſa ſibi magnificentiùs multò, & quidem in cœlo, erexiſſet? ibi enim vitas, fata, fortunáſque mortalium moderatur. Nam & morbum lethalem eſſe indicat ejus anni, quo in alicujus genitura deficere coegerit Lunam; ac multò magis, ſi id eo in loco qui vitæ index eſt, quem *Græci Aphetam*, *Barbari Hylech* vocant, contigerit: * & ſi quando eandem in

Vide Pontanum in Ptol. Centil. Enunt. 24. & 96.

car-

cardinibus genituræ obnupſerit, certum aliquod infortunium nato portendit: utque diu ante prævifum conſilio poſſit averti, menſem diémque ex defectûs ipſius ſpatio colligendum præmonſtrat: ut interea taceam, * quantam vim in natalium aſtrorum obſervationibus obtineant, quámque multos ſiderum effectus ſignificationéſque ab aſpectibus non indicatas patefaciant ea, quæ *ἀντίσκια* appellant Aſtrologi; adeò ut eorum ratione ignorata quam plurimis erroribus ſe involvant; qui de cœtu poſitúque ſtellarum futura prædicunt.

Vide Firmicum, l. 2. cap. 32 & Pont. in Ptol. Cent. En. 7.

Magna ſunt hæc ingenii decora, quæ audiviſtis, accipite nunc virtutis, propemodùm in ſuo genere non leviora.

Part III. De virtute.

Neque enim rem leviculam aut contemnendam eſſe umbram judicabit, qui conſideret; quantopere ſe adverſus eam Luna munierit. Ante omnia autem ſummus ille architectus optimè conſtituit; ut Sol multis partibus terram magnitudine excederet. Quòd ſi enim adeò exiguus eſſet ad orbem terrarum, quã oculis videtur & cenſuit Epicurus: vix unquã luna lumen haberet, niſi omninò propinqua Soli: ſed & ille ipſe limbus pictus bis ſex ſignis ſtelli

micanmican-

micantibus, ut *Varro* inquit, cœlúmque tot luminibus diſtinctum quotidiè deliquium paterentur. Quare cum umbra ita ſit in arctum redacta, ut audiviſtis; nondum tamen ſatis ſibi ab ea cautum exiſtimat Luna; ſed ne uſpiam in eam cogatur incurrere, flexuoſo draconum meatu inæqualis, paulúmque à Solis & Vmbræ orbita declinans, curſus ſuos nunc in Auſtrum, nunc in Septentriones detorquet: unde TRIVIA dicta teſte

Lib.6. de Ling Lat.

* *Varrone*: quòd præter duos illos motus, qui in Sole ſpectantur, etiam in latitudinem moveatur; quod niſi faceret, nunquam non defectioni eſſet obnoxia.

Lucret. lib.5.

* *Menſtrua dum rigidas coni perlabitur umbras*;

inter quam nunc ad minimum quinque ſemper interjici menſes neceſſe eſt. Sed cum neque hac cautione umbræ ingruentis definito tempore inſultus poſſet eludere; ſaltem ut maturius evaderet, quoties neceſſitas incidiſſet; ita ſe comparavit: ut in omni oppoſitione & * altiſsimum deferentis ſui locum obtineret; &, præter reliquorum ſiderum naturam, motu quam velociſſimo citaretur. Tamen, quum & tam

Ex Ptolemæi Hypotheſi loquor licèt à Copernico emendata.

cautam

cautam adverſariam nacta ſit; & hanc ipſam tam rarò aſſequi poſſit Vmbra; nunquam cùm ea conſerit manus; quin victoriam conſequatur. Terra namque in medio ſita, cùm umbræ ſuæ pyramide ultra Lunarem globum exporrigatur; ſi eam in ipſis ſignorum articulis, aut intra dimidium dimetientis umbræ ſpatium deprehenderit, tantiſper occupat; donec illâ eluctatâ per horas plurimum tres, aliquando quatuor, vix evadat. Nec Luna ipſa, quamvis minimè muliebri ceſſet ignaviâ, & quaſi injuriam ulta erepti luminis Solem ipſum obſcuret ac demat nobis; ullâ ex parte retaliationis æquilibrium ad amuſſim in eo perpendire aut æquiparare poteſt. *Inter Solis & Lunæ defectus quintuplex diſcrimen.* [a] Primùm, quòd tam parvum ſidus ignem adeò vaſtum non niſi rarò, & paucis & ad exiguum tempus poſsit auferre: a *I.* [b] deinde, quòd in Lunæ defectu lumen, non opinatione ſed re ipsâ extinguitur; in Solis duntaxat impeditur: ut ſignificantius obſtaculum dici poſsit, b *II.* quàm defectus: [c] tertiò, quòd ille ubiq; locorum conſpicuus ſit, quæ quidem hoc orbis hemiſphærio continentur: c *III.* Solis autem illis tantummodo, inter quos & ipſum Luna interponitur: [d] tum, d *IV.*

quod ille univerſis hominibus eodem puncto videatur; hic verò minimè. [f] poſtremò, quòd Lunæ deliquium omnibus locis ex æquo duret: Solis, quoniam major aliis, aliis minor portio tegitur, nequaquam. Sed quo non invidia pervadit? etiam hanc umbræ gloriam, cùm in Luna veneficia argueret, detrahere ſunt conati mortales: & inter illos ipſos venatores inveſtigatoréſque naturæ,[g] alius defectum fieri perſuadere conatus eſt cærula Lunæ parte ad nos obverſa: [h] alius rotæ ore, quo, velut per guttur, occultum exſpirat ignem, obturato: [i] alius corporum quorundam ſublunarium objectu: [k] nonnulli per ſcaphæ, cujus formam Lunæ dederant, converſionem. Neque id profectò mirandum: cùm videamus, quo quidque magis arduum & in excelſo poſitum, hoc vehementiùs ab omnibus invidiæ ventis circumflari. Præ altam autem umbram eſſe, nemo ibit inficias; qui norit, eam ad *Mercurii* uſque globum pertingere: in quam ne incideret, multò ſibi ille meliùs, quàm Luna, conſuluit, callidus alioqui & verſutus; qui, Solem nunc antevertendo, nunc ſequendo, nunquam ab eo 29 partibus longius

f *V.*

g *Beroſus.*

h *Anaximander.*

i *Anaxagoras.*

k *Alcmæo & Heraclitus.*

longius diſcedit. Neque objiciat hîc mihi quiſpiam: umbras à Pyramidibus *Ægyptiis*, quorum ultra omnem altitudinem, quæ quidem hominum manibus confici poſsit, faſtigiata eſt excelſitas, vinci: cùm nihil tam ſit illis contrarium, quàm ignis: hæc autem figura, quod paribus angulorum lateribus ab imo in acumen deſinens, flammæ ſpecie in conum extenuetur, in elementorum compoſitione igni adſcribitur à *Platone*. Quod tamen ipſum de Pyramidum nullis umbris *Ammiano* ac *Solino* traditum in controverſiam meritò vocari poſsit ex illo [k] *Plinii*, ubi inquit: Menſuram altitudinis Pyramidum deprehendere invenit *Thales Mileſius*, umbram metiendo, quâ horâ par eſſe corpori ſolet. Atqui id ibi ſingulis diebus bis contingit, quando Sol ad quadrageſimum quintum gradum aſcendit. Itaq; illud de umbris tantùm meridianis, aut paulò poſt meridiem intelligendum eſt. At neque illud poſſum ſilentio prætetire: quantum Sciamachiæ ſeu umbratili pugnæ veteres tribuerint: cujus & *Cicero* aliquoties mentionem facit, & Satyram eo nomine inſcriptam à doctiſsimo *Romanorum Varrone* conſtat:

k *Lib* 36. *cap.* 12.

ſtat: & à medicis recenſetur inter exercitamenta, quæ intenſione carent & violentiâ. Vnde & lepida fabella conficta eſt de eo, qui cum umbra ſua inimicitias exercebat, atque itá cum illa, quaſi cum hoſte colluctabatur, & apud *Ovidium* bellua illa, cui *Andromede* erat expoſita,

Metan.4. *—— ut in æquore ſummo*
Umbra viri viſa eſt, viſam fera ſævit in umbram.

Et quid quæſo aliud quàm umbratilis pugna eſt hodiè eorum laniſtarum, qui digladiandi artem profitentur? qui omnes numeros impetendi cedendíque, vulnera inferendi ac declinandi, ubi cæſim, ubi punctim feriendum, in umbra & ab umbra ediſcunt: quæ poſteà non modò in Solem atque pulverem, ſed ubi uſus venerit, in ipſum diſcrimen aciémque perducant: quòd & umbra ipſa egregiè præſtitit pro *Romanis*, quum inſignem victoriam in nocturno prælio contra *Mithridatem Pompeio* peperit; ita ut potentiſſimus Rex denuò non in mari, ſed in umbra gloriæ imperiíque naufragium faceret acie ſic conſtitutâ, ut *Ponticorum* quidem oculos adverſa Luna præſtringueret;

ret; *Romanis* autem à tergo in occaſum demergens commilitaret: quo factum ut per errorem *Pontici* longiùs cadentes umbras, quaſi hoſtium corpora impeterent, ipſique telis ſemper citra cadentibus conſpicui *Romanis* & illuſtres, ex occulto jaculantibus offerrentur. Videtis, quantò plus in bello valuerit objectum illud umbræ velamentum, quam paulò antè fulgor ille auri atque argenti, quo inſequentium ſe *Romanorum* aciem præſtrinxerat *Mithridates*; in id tantùm ut vivus poſſet evadere: itaque hoc ad ſalutem duntaxat; illud etiam ad victoriam profuit: quo eodem ſtratagemate poſteà haud minùs feliciter contra *Vitellium* uſus eſt *Veſpaſianus*. Nec minore cum hoſtium detrimento ante utrumque eorum, quos dixi, umbræ ac tenebrarum officium contra *Iugurtham* expertus eſt *Marius*. Siquidem cum *Numidæ* crebris ignibus factis plerumque noctis more ſuo lætarentur; exultarent, ſtreperent vocibus; quæ cuncta *Romanis* per tenebras facilia viſu erant, plurimùm hoſtium imperitiâ confirmatum ducem quàm maximo ſilentio eos invaſiſſe; & omnes fuſos fugatóſque, pluréſque eo

prælio, quam ſuperioribus omnibus, interemptos refert *Salluſtius*. Iam meridiano Sole clarius liquere exiſtimo; ut hoſtes ignis detexerit, *Romanos* umbra protexerit. Quare ipſam ita, *Varronianis* verbis paululum inflexis, alloqui lubet.

Sat γνῶθι σεαυτόν.

Non ſubſilis ac plaudis, &
Ab Arato poſcis aſtricam coronam?

Pars IV. De honore.

nunc etiam à *Romanis* civicam? ut illa victoriæ, hæc defenſionis, virtutis utraque ſit ad poſteros monumentum. Atq; hactènus quidem ea ferè, quæ ad umbræ ipſius interna bona, ut ingenium, induſtriam, ſagacitatem, ac fortitudinem, pertinebant, abſolvimus: quibus virtutibus in pretio certe ac dignatione ab omnibus haberi meruit; & habita eſt, iis præſertim ſæculis; quibus neque virtuti honor, neque bonis artibus ſua præmia defuerunt: cujus rei vel hoc certiſſimum argumentum eſt, quod platanus antiquis, umbræ ſolius gratia, tantùm non ex alieno petita orbe, atq; inter primas *Italiæ* donata, ad tributarium etiam pertinuerit ſolùm; ut gentes vectigal & pro umbra penderent. Quod tamen Imperatores *Romani* (ut vel hinc colligatur, qualis umbræ fuerit

præ-

prærogativa) æquiſsimo animo tulerunt: nec ullum ſupplicium in eos, qui iſtam venderent, excogitarunt; cum tamen *Thurino* tam malè ceſſerit, quod fumum vendidiſſet; ut eo ipſo *Alexandri Severi* juſſu ſit necatus. at quis umbra enecari potuiſſet tam placida ac amœna? niſi forte taxi arboris, ſub qua cibum ſampſiſſe aut obdormiviſſe lethale eſt; certè ejuſdem non potuit. Hinc platano tantùm poſteà acceſſit honoris; ut non niſi mero infuſo eam enutriri fas eſſe putarent. Sed *Xerxes* ille, cùm montes claſſibus pervios, maria equitibus feciſſet, in *Lydia* integrum diem juxta proceram platanum, caſtris circa arborem poſitis, commoratus eſt: ex eâque torques & armillas auro gemmíſque fulgentes ſuſpendit; ac diſcedens ei curatorem reliquit. Iam neminem ignorare exiſtimo, quantâ ambitione olim Dii ipſi, ac poſteà Imperatores *Romani*, menſibus nomina à ſe dari cupiverint; quámque id à paucis & quam ægrè ſit impetratum. Nam inter illos *Venus* & *Iuno* utroque penè menſe *Iunio* atque *Aprili* excluduntur: inter hos *Domitianus* & *Commodus* alliíque complures extortum quidem metu,

metu, dum viverent, honorem, poſtquam occiderant, recentibus odiis amiſerunt; qui tamen umbræ jam per duo annorum millia & ampliùs abſque ulla controverſia eſt continuatus; ſiquidem menſis σκιῤῥοφοριὼν, qui *Maio* noſtro reſpondet, ſive ut * alii cenſent, *Julio*, ab umbellis ſeu umbraculis nomen invenit; ea enim σκιῤῥὰ appellant, quæ ex arce *Minervæ* Sacerdos ſolenni pompa cum *Neptuni* & Solis flaminibus certum in locum deportabat ædificandi argumento. Præterea quid aliud lucis religionem conciliavit, quàm umbra: utpotè nomen inde ſortitis, quòd non luceant? unde *Virg.*

Lucus in urbe fuit mediâ lætiſſimus umbra.

Hæc illis priſcis mortalibus fuerunt numinum templa. Nec magis auro fulgentia atque ebore ſimulachra, quàm lucos & horrore ſecreto venerabiles umbras adorarunt: unde & *Euclio* ille *Plautinus*, ambigens ubi aurum reponeret, Sylvani luco magis confidit, quàm Fidei templo, ut non immeritò Fatalem Vmbram inter Deos poſuiſſe videatur c *Chryſippus*. Nec quiſquam velim hoc nomine umbram reprehendat;

* *Ioſ. Scaliger l. 1. de em. temp.*

c *Cic. 2. de Nat. Deor.*

dat; quod *Marcellus Octaviæ* filius eâ ſit abuſus: qui forum, quod *Cato* muricibus ſternendum cenſuerat, velis inumbravit: cùm nihil hominum generi tam ſit utile aut neceſſarium, quod non aliquando in abuſionem trahat perverſa mortalitas. Quin & gloriam nihil aliud eſſe, quàm virtutis umbram appetentiſſimus gloriæ [d] *Cicero* ipſe teſtatur: & omnes Philoſophos de aſini umbra inter ſe digladiari [e] *Lucianus* eſt auctor, & umbræ ſomnio *Pindarus*; ac fumi umbra *Æſchylus*, pulcherrime uterque humanam conditionem expreſsiſſe videntur. Verus enim homo animus eſt: corpus autem, ut *Plato* in *Menone* adſeverat, non homo; ſed hominis umbra & receptaculum; & quod ſi diligentius res noſtras pertractemus; propemodum agnoſcemus fermè omnes in eo *Platonis* ſpecu poſitas; ut tantùm umbræ ac rerum ſimulachra ſeſe averſis ac conniventibus nobis offerant; res ipſæ lateant, miniméque ſub manum veniant. Quàm multos enim hodiè eſt invenire, qui *Æſopici* canis exemplo umbram corpori præferant? Quód ne & in nos retorqueri poſſit; finem dicendi faciemus: id unum prius nos

d *Tuſc.* 1.

d *In ſentis.*

nos obtreſtati, ut, ſi qui nævi hic occurrerint, ſub umbra iis liceat deliteſcere.

IN EANDEM REM CARMEN.

PROSOPOPOEIA UMBRÆ.

ÆMula dis, diviſque prior; diva ipſa futura,
Me niſi perpetuum tenebris damnâſſet opacis
Iam Deus à primâ creſcentis origine mundi;
Quum Solis radios & cœli accendere ignes:
Illa ego ſum terreni imitatrix corporis Umbra,
Cœleſtiſq; inimica; mihi ultima Tartara parent,
Plutoniſque domus, Atlantæique receſſus.
Neu pravos quæras, primánve ab origine gentem;
Ipſa tero membris ſemper redeuntibus ævum,
Atque mihi proprio vires reparantur ab hoſte.
Dant vitam; queis vitam adimo: nutricia præſtant,
Queis ego quotidiè exequias & funera duco.
Maxima Naturæ populis arcana retexi,
Siderâque & vaſti laqueata Palatia cœli
Admovi aſtrorúmque choros mortalibus oclis.
Quod tenebræ luces: quòd lux optata tenebras
Excipiat, noſtrum eſt: requiem præbemus amicam
Omnibus, alterno recreantes frigore terram
Quin &, dum nigris orbem circumvolo pennis,
Muſarum quicunque ſacris doctæque litarunt
Palladis, ingenii condunt monimenta, viámque
aſſe-

Affectant liquido ſuper aurea ſidera cælo.
Per me Pyramidum quondam faſtigia menſus
*Dicitur eſſe Thales, per me, *qui fulmine linguæ* *Demoſthenes.*
Fregit Alexandri patrem, ſibi judicis aures
Attentas fecit: nec me tam credere vilem,
Quam video, par eſt; & me Narciſſus amavit.
Cæteráque ut deſint; quantum eſt, oſtendere cæli
In terris faciem? quid? quod neque cætera deſunt? *Forma umbræ.*
Seu formam aſpicias; non me Cepheia virgo
Pulchrior, aut blando vates dilecta Phaoni.
Seu rapit attonitum generis te fama vetuſti; *Antiquitas.*
Antè fui, quam tempus erat, ſeu pectora tangit
Ingenii ſolertis honos, mihi Cynthia, fratre *Ingenium*
Cum nitido, & magni debent præcordia mundi;
Natura in latebris penitùs penitúſque repoſta
Detecta eſſe oculis per me mortalibus ultro.
Sive es mirator rerum; mirabere noſtras. *Virtus.*
Nempe triumphatum Ponti de Rege ſuperbo
Præſidio unius noſtro quis neſcit? ego iſtus
Suſtineo cunctos, quum tu, Romane, lateres,
Illuſtrem ex tuto jaculis dum conficis hoſtem.
Haud aliter molem clypei ſeptemplicis unus
Oppoſuit ducibus Teucriſq; ruentibus Ajax.
Et tamen hoc pugna, ſi verum quæris, in illa
Plus laudis merui, clypeum ille: ego nempe meipſam
Hoſtibus objeci; &, quod plus mireris, inermem.
Nec virtus hæc una mea eſt: ſcit Flavius olim
Se mihi te victo vultum debere, Vitelli.:
Scit Marius, fuſis Numidis, captóq; Iugurtha.
Quin ducibus magno ſtetit ignoratio noſtri.:
*Quos inter * Niciæ qui claſſem educere portu* Plin. l. 2.
Dum pavet Actæam, magico cantamine victum cap. 12.
Credens roriſluæ vultum intabeſcere Lunæ,

Ce-

Cecropias afflixit opes, quæ Martia corda
Romulidum ſimili jaceret trepidare tumultu,
Docti animos niſi firmâſſet ſollertia Galli.
Quid referam quantos uſus mortalibus ægris,
Quos pecori præſtem : quis non umbracula, quis non
Audivit gratas platani potantibus umbras?
Munere quis noſtro Phœbeam lampada neſcit
Villoſæ ſylva caudæ prohibere Sciurum?
Quin, quibus uſque pedum Titan defenditur umbrâ.
Umbripedes populi, quâ Sol violentior arva
Æthiopum rectâ deſpectat cuſpide noſtrum
Agnoſcunt meritum. Quin & decus addimus illi,
Quidquid Apellæi gaudent animâſſe colores.
Utque artis pars nunc tantùm ſic debuit olim
Tota mihi, ad radios quum circumſcribere Solis
Humanam docui propria ſub imagine formam.
Orat. in Piſoni. *Sed taceo: ne, quod reprehendit Tullius, omnes*
Falſæ gloriolæ videar ſectarier umbras.

FINIS.

INDEX AVCTORVM.

Alexander Aphrodiſæus.
Ammianus Marcellinus.
Antiphanes Comicus.
Apollonius.
Apuleius.
Ariſtoteles.
Arnobius.
Arriani Epictetus.
Athenæus.
Attius Poëta.
Auctor ad Herennium.
Auctor Pervigilii Veneris.
Auguſtinus.

Barclaius.
Baſilius.

Cardanus.
Cicero.
Claudius Cæſar.
Claudianus.
Clemens Alexandrinus.
Cleomedes.

Didymus Grammaticus.
Diogenes Laërtius.

Euclides.
Euſebius.

Feſtus.
Jul. Firmicus.

Galenus.
Gellius.
Glycas.

Heliodorus.
Heraclides Ponticus.
Herodotus.
Heſiodus.
Higinus.
Hieronymus.
Homerus.
Horatius.

Irenæus.
Iulianus.
Iulius Cæſar.
Iuvenalis.

Lactantius.
Lactantius Statii interpres.
Livius.
Lucanus,
Lucianus.

Ma-

Macrobius.
Martianus Capella.
Maximus Taurinenſis.
Maximus Tyrius.
Minucius.

Orpheus.
Ovidius.

Paulus Ægineta.
Pererius.
Petronius.
Philoſtratus.
Pindarus.
Plato.
Plinius.
Plotinus.
Plutarchus.
Porphyrius.
Proclus.
Propertius.
Prudentius.
Pſellus.
Ptolemæus.

Quintilianus.

Salluſtius.
Scholiaſtes Ariſtophanis.
Scholiaſtes Theocriti.
Scholiaſtes Apollonii.

Seneca.
Servius.
Sophocles.
Statius.
Steſichorus.
Ioan. Stobaus.
Strabo.
Suetonius.
Suidas.
Symphoſius.
Syneſius.

Tacitus.
Terentianus.
Tertullianus.
Theodoretus.
Theon.
Tibullus.
Timæus Locrus.

Valerius Flaccus.
Valerius Maximus.
M. Varro.
Virgilius.
Vitruvius.

RERUM MEMORABILIUM INDEX.

A

Adſignare votum. 40
Admiranda Catoptrices. 72
Admiratio cauſam philoſophandi dedit. 78
Aërem Romani tributo alligarunt. 105
Ære perculſo laboranti lunæ ſuccurrebant. 35. ejus ſuperſtitionis ratio. 36
Æſtus deſcriptio. 1
Agilitas Umbræ. 19
Alexandria & Syene eidem meridiano ſubjectæ. 61
Alexander ſub arborum ramis umbram captabat. 106
Ἀμφίσκιοι. 69
Antiſcia, illorum vis & utilitas. 27
Ἀντίσκιοι. 70
Anaxagoras doctrinam eclipſium publicare non audebat. 45
Anaxagoræ patria cœlum. 58
Anaximandri error. 56
Animæ mortuorum oberrantes
Anima ad ſuperos evolat. 113

Antiquorum furor in æſtimandis nobilium pictorum tabulis. 84
Apollodorus umbrarum rationem invenit. 89
Archelaus rex deficiente ſole claudebat regiam, & filium tondebat. 34
Architecti univerſi abſolutâ mundi machinâ quieti indulſit. 104
Architecti bona Epheſi obligabantur magiſtratus donec opus perfectum. 92
Ἄσκιοι. 70

B

Bigas nocti tribuunt & quadrigas. 30

C

Καλαθοειδὴς *umbra.* 54
Canopus ſtella Rhodi horizontem ſtringit, Alexandriæ ſupra horizontem elevatur 48 *parte meridiani.* 62
Catoptrices admiranda. 81
Catoptrice & pictura comparatæ. 87
Κατοπτρικὴ *inventum umbræ.* 72
Q. Catullus velis theatrum texit. 105
Chaos ex nocte & ſilentio. 14
Chilonis ſententia; ſeipſum noſſe difficillimum. 107
Cleomedes quomodo Vmbræ ingenio adjutus magnitudinem terræ deprehendit. 64
Cœli contemplandi cauſa hominem natum

tum exiſtimabat Philo Herennius. (57
Colores duo diverſi. 18
Corona in cœlo quare appareant. 81
In Corporibus pulchris quid amemus. 74
Cotys ad loca umbroſa divertebat. 106
Cylindri. 94
Κυλινδροειδὴς umbra. 54
Κωνοειδὴς umbra. 54

D

Dea Quies, 101
Definitio Vmbræ. 10
Democritus quomodo in ſpeculis figuras conſpici exiſtimet. 80
Demonacti initium philoſophandi ex cognitione ſui. 108
Demoſthenes ante ſpeculum cauſas meditari ſolitus. 77
Deorum inceſſus. 6
Deſcriptio magni æſtus. 1. Vmbræ fugientis ſubinde & redeuntis. 6
Deſcriptio inferni. 29
Deſpumare lunam. 36
Deum in nobis hoſpitantem oſtendit pulchritudo formæ. 74
Deus à religioſo amatur, à ſuperſtitioſo timetur. 32
Diameter terræ quomodo ſeſe ad diametrum lunæ habeat. 55

Die prior nox. 14
Diei color. 18
Diei & noctis vices Vmbra temperat. 99,100
Dierum menſuram oſtendit Vmbra. 56
Dii ſimul utroque pede moto gradum promovent. 6
Dii umbrâ incincti mortales accedebant. 50
Diſſertatio de humanâ imbecillitate. (109

E

Eccentricorum ſubtilitates docuit Vmbra. 57
Eclipſes infortunium naſcenti portendunt. 25. *metum incutiunt.* 34
Eclipſis Lunæ Pannonicas legiones à ſeditione retraxit. 35
Eclipſium doctrinam publicare non audebat anaxagoras. 35
Εἰκαστικὴ *inventum Umbræ.* 83
Elegantia Umbræ. 18
Epheſi lex; ut architecti bona magiſtratui obligarentur donec opus perfectum. (92
Epicuri error in magnitudine Solis. 55. *quomodo in ſpeculis figuras conſpici exiſtimet.* 79
Eratoſthenes πένταθλος *umbrâ adjutus magni-*

magnitudinem globi terreſtris colle-git. 61
Ερωτικὴ *Socratis.* 74
Ετερότιμοι. 71
Euclides quomodo in ſpeculis figuras conſpici exiſtimet. 79
Euclidi tria ſpeculorum genera. 80

F.

Fata noſtra temperat Umbra. 28
Feſtivitates publicæ quare inſtitutæ. (104
Feſtivitates publicas juvat Umbra. 105
Flavianis adverſus Vitellianos victoriam peperit Umbra. 50
Formæ pulchritudo Deum in nobis hoſpitantem oſtendit. 73
Formam noſtram quomodo ſpecula exhibeant, variæ Philoſophorum opiniones. 79

G.

Gentium fata moderatur Umbra. 25
Genius noſter ſemper nos comitatur. 47
Glorioſiſſimæ gentes de antiquitate contenderunt. 13
Globi terreſtris magnitudinem colligendi varii modi. 62
Gnomonum vertices in horologiis ad ſolis ſphæram centri rationem habent. (66

Γνωμονική. 95
Γυμναστικὴ ab omni benè conſtitutâ Repub. minimè excluſa. 96

H

Hecate νυχία. 30
Hemiſpharium, horologium. 94
Heroicis temporibus Dii umbrâ incincti profanos obtutus ardebant. 49
Heſiodi poëma obſtetrice Vmbra natum. (102
Homero nox Σοφὴ: ejus nominis ratio. (31
Hominem cœli contemplandi causâ natum Philo Herennius exiſtimabat. (57. 58
Homines mortui umbræ. 113
Hominum fata moderatur umbra. 25
Homicidas umbra occiſorum perſequuntur. 42. 43
Homo umbræ ſomnio ſimilis. 108
Homo bulla: fabula ærumnarum: fortunæ luſus. 111
Horæ καιρικαί. 93
Horis tempora diſtinguere docuit Vmbra. 93
Horologia ſciothérica. 94
Horologia varia forma. 94
Humanam imbecillitatem exprimit Vmbra. 108. 109

Imperia

I

Imperia alternatim repetita cruenta. 99

Inceſſus Deorum quis ſit. 6

Inferni deſcriptio. 29

Inſitus noſtri amor dulcem formæ aſpectum nobis fecit. 77

Ἰχνογραφία. 91. *ejus uſus.* 92

L

Lala Cycizena, imaginem ſuam ad ſpeculum pinxit. 77

Laus vera unde ducenda. 16

Laus picturæ. 84

Leucippus tympani figuram terræ tribuebat. 59

Luci ſacri. 39. 40

Lucis & tenebrarum viciſſitudinem quare oportuit. 101

Lucum in via oblatum feſtivè præterire nefas antiquis. 40

Lucus quid ſit. 40

Luna multiplici diverticulo inſultus umbræ vitare conatur. 23. *multivaga. Trivia.* 23. *ab Ecliptica quinq; gradibus utrinq; ſecedere poteſt: cur ſingulis menſibus in oppoſitione non deficiat.* 24. *cur in oppoſitione altiſſimum obtinet locum, & velociſſimo feratur curſu.* 24

Luna Sole minor: ejus ſciti ratio. 55

Luna & Sol imperium in nos exercent. 25
Lunæ inſidiatur Umbra. 23
Lunam carminibus magicis cœlo deduci vulgò creditum: perculſo ære laboranti ſuccurrebant. 35. *ejus ſuperſtitionis varia ratio.* 36
Lunam deſpumare. 36
Lydi in umbrâ enutriti. 106
Lydi ludos non inſtituerunt. 104

M

Marcellus forum velis texit. 105
Maria non abſorbent Umbram. 51
Mario adverſus Iugurtham victoriam peperit Umbra. 50
Mens omnium velociſſimum Thaletis opinione. 19
Mercurius citra 30 gradum à ſole non diſcedit. 22
Μετεωροσκοπία. 62
Minerva ex Jovis capite clypeo & cuſpide armata proſiliit. 17
Mitra Perſis Sol, quo habitu cultus. 41
Mortis genera varia. 110. 111
Mortuorum animæ oberrantes. 42
Mundi opificem ſilendo rectè enunciamus, & ignorando ſcimus. 9
Mundus incendio periturus. 115
Muſis Umbra grata. 102

Nar-

N

Narciſſus Vmbram amavit. 18
Nicias pictor lumen & umbras accuratè obſervavit. 89
Nobilitas Vmbra. 13
Nobilitas fucata. 15
Nocte cur ſpectra appareant. 43
Noctis color. 18
Noctis comes Vmbra apud Poëtas. 30
Noctis & diei vices temperat Vmbra. (99.100
Noctis mater Vmbra. 3.4
Nocti bigas tribuunt & quadrigas. 30
Nocturna ſacra. 42
Numina in lucis aut ſpeluncis colore mos antiquiſſimus. 39

O

Oceanus rerum omnium fons & origo. (116
Opiniones variæ Philoſophorum quomodo ſpecula imaginem noſtram exhibeant. 79
Ὀπτικὴ *multa demiranda facit.* 81

P

Pannonicas legiones à ſeditione retraxit eclipſis Lunæ. 35
Parmenidis error. 56
Parraſius Zeuxidem picturâ decepit. (88

Patria

Patria Vmbra. 15
Pauſias pictor: ejus inſigne artificiũ. 89
Periculo omni excepta Vmbra. 51
Petronius explicatus. 23
Philo Herennius cœli contemplandi cauſa hominem natum exiſtimabat. 57
Phyſicorum variæ opiniones de forma terræ. 59
Picturæ inventio Vmbræ tribuenda 88
Pictura: ejus laus: precium apud antiquos. 84
Pictura & poëſis comparata. 85
Pictura præcipuum artificium. 86. 87
Pictura & Catoptrice comparatæ. 87
Pictura Vmbræ inventum. 88
Plato quomodo in ſpeculis figuras conſpici exiſtimet. 80
Platanus mero nutrita ut præberet umbram. 105
Platonica familia ſolet hymnos condere cœleſtium honori. 9. *nihil novit niſi lætum & amœnum.* 44
Platonis ſententia hominem contemplationi cœleſtium natum. 58
Pœna ſceleratorum furiæ. 97. 98
Poëſis multiplici rerum diverſitate indiget. 85

Poëſis

Poëſis & pictura comparata. 85
Poëtis umbra grata. 102
Poſidonius ſtellarum judicio ambitum terræ deprehendit. 62
Potentia Vmbræ. 50
Preces ad Vmbram. 81
Phyche Apuleij. 5
Ptolemæis umbrarum ſpaciis parallelos diſcernit. 57
Puncti inſtar terra. 66
Pyramidum menſuram docuit umbra. (92
Pythagorici quomodo in ſpeculis figuras conſpici exiſtiment. 80

Q

Quies Romanis Dea: ſalutaris, neceſſaria. 101

R

Recta Vmbra. 11
Religioni dedicata ars picturæ. 84
Religionem peperit timor. 32
Rerumpub. fata moderatur Vmbra. 25
Ritus ſacrorum varii. 38. 39
Romani genus luporum ſpecie imperii inexplebiles cruoris. 67
Romani aërem tributo alligarunt. 105

S

Sacra ſpelunca. 41
Sacrorum ritus varii. 39
Sacra

Sacra nocturna. 42
Sapientia ſumma ſeipſum noſſe. 108
Scaphium. 94
Sceleratorum pœnæ furiæ. 97.98.
Σκιαγραφικὴ *inventum umbræ.* 83.
Σκιαγραφία.91. *ejus uſus.* 96
Σκιαμαχία: *ejus uſus.* 96. *imago animi inquieti.* ib.
Sciotherica horologia. 94
Seipſum noſſe difficillimum. 108
Seipſum noſſe ſumma ſapientia. 108.
Simulachra noſtra ad inferos permeant. (114.
Socrates cur ſpecula de formâ conſulere ſuaſerit. 75.
Sol terra major: ejus ratio. 54.55.
Sol & Luna imperium in nos exercent. (25.
Solis globus cur magnus. 22.
Sole velocior Umbra. 19.20.
Solis itinera oſtendit Vmbra. 57.
Solis altitudinem docuit Vmbra. 57.
Soles gemini quare conſpiciantur. 82.
Sol quo habitu Perſis cultus. 41.
Somnio Umbra ſimilis homo. 108.
Somno opus. 102.
Somnus dolore liberat. 101.
Spelunca ſacra, ejus ratio. 45.
Spectra Vmbræ adminiculo prodeunt. 43
cur

cur de die non conſpiciantur. 43
Species umbrarum diverſæ. 54
Speculorum varia genera. 80. 81. varia miracula. ibid.
Specula, verus illorum uſus. 74. 75. quid doceant. 79
Specula cur de forma conſulere ſuaſerit Socrates. 75
Stagna ſacra, ejus ratio. 42
Stellarum indicio Poſidonius ambitum terræ deprehendit. 62
Steſichorus & Pindarus in defectibus ſtellarum ſcelera, aut mortem aliquam ſiderum veriti? 34
Stoici Deum omnibus immixtum ſtatuunt. 21. quomodo in ſpeculis figuras conſpici exiſtiment. 79
Stoicis & Epicureis conſtans opinio omnia incendio peritura. 115
Subſtantia Vmbræ. 11
Subtilitates eccentricorum docuit Vmbra. 57
Sybaritæ ardorem ſolis umbraculis arcebant. 106
Syene & Alexandria eidem meridiano ſubjectæ. 60. 61

T

Tempore antiquior Vmbra. 15
Temporum menſura ex curſu ſtellarũ. 14
Tempora

Tempora quomodo æſtimanda. 95
Tempori precium ponere monuit Vmbra. 95
Tempora horis diſtinguere docuit Vmbra. 94
Tenebrarum & lucis viciſſitudinem quare oportuit. 100
Terrâ Sol major: ejus ratio. 54
Terra Lunâ major. 55 *ejus ſciti ratio.* ib.
Terræ forma varia Phyſicis. 60
Terræ diameter quomodo ſeſe ad diametrum lunæ habeat. 55
Terræ ambitum ſtellarum indicio deprehendit Poſidonius. 62
Terra ſpharica: ejus ratio? in medio ſuſpenſa. 60. *Puncti inſtar. decreti variæ rationes: ad ſolis globum centri rationem habet.* 66
Terram puncti inſtar obtinere docuit Vmbra. ib.
Thales metiendo umbram menſuram pyramidum deprehendit. 93
Thaletis opinione mens omnium velociſſimum. 19. 20
Timor religionem peperit. 32
Topographia elegans. 2.3
Tres umbrarum ſpecies. 54
Tributo alligarunt aërem Romani (105

Varii

Varii modi colligendi magnitudinem globi terreſtris. 62
Velociſſimum omnium Thaletis opinione mens. 19
Venus citra 50 gradum Solem comitatur. 22
Veneris furta juvat Vmbra. 103
Veſuvii incendia vitat Vmbra. 51
Viciſſitudinem lucis & tenebrarum quare oportuit. 100
Virgilius explicatus. 6.43
Vitellianis adverſus Flavianos victoriam eripuit Vmbra. 50
Votum adſignare. 40
Vmbra definitio. 10. *ſubſtantia.* 11
Vmbra recta. Vmbra verſa. 11
Vmbra nobilitas. 12. *elegantia color.* 18. *ingenium & ſolertia.* 53. *& ſeq. audacia.* 48. *potentia.* 50. *& ſeq.*
Vmbra antiquior mundo. 14
Vmbra hoſpitium univerſum. 15
Vmbra ſimul atque nata perfecta. 17
Vmbram amavit Narciſſus. 18
Vmbra proprietates variæ: non ſeneſcit: firma illi valetudo. 19
Vmbra agilitas. 19. *velocitas.* ib.

Vmbra Sole velocior. 20. *per univerſum ſparſa: ad Mercurii globum tranſcendit.* 21. *Luna inſidiatur.* 23. *hominum, gentium, Rerumpub. fata moderatur.* 25.28
Vmbra potentia. 28. *in mundo inferiore.* 28. *propria ejus ſedes infernus.* 29
Vmbra regina tenebrarum: noctis. 30. *comes noctis apud Poëtas.* 31. *religionem homines docuit.* 31. *& ſeq.*
Vmbra terræ, nox. 31
Vmbra cultus antiquiſſimus. 38
Vmbra occiſorum perſequuntur homicidas. 42
Vmbra lucos, ſpeluncas, ſtagna reddit ſacra. 40. *& ſeq. nocturna ſacra juvat.* 42. *ſpectra ab illâ habitum ſumunt.* 42.43
Vmbra nihil præcluſum. 45
Vmbra omnia perveſtigat. 45. *arcanorum conſcia, individua nobis adhæret.* 45. *peccantes retinet.* 46. *agilitate ſuâ pericula vitat.* 47. *Solem terrâ majorem.* 55. *terram lunâ majorem docuit.* 55. *dierum, noctium, horarum menſuram.* 56. *Solis itinera oſtendit.* 56. *Solis altitudinem, eccentricorum ſubtilitates docuit.* 57 *animos mortalium*

lium ſubduxit in cœlum. 57.58
Vmbrâ Dii incicti mortales accedebant. 49
Vmbra Romanis victoriam peperit, item Flavianis adverſus Vitellianos, & Mario adverſus Iugurtham. 50. omni periculo excepta. Veſuvii incendia vitat. 51
Vmbram Mariæ non abſorbent. ib.
Vmbrarum diverſa ſpecies. 54
Vmbra κυλινδροειδὴς, καλαθοειδὴς, κωνοειδὴς. (54
Vmbrarum ſpatiis parallelos diſcernit Ptolemæus. 57
Vmbra terram puncti inſtar obtinere. 66. terram rotundam, & in medio ſuſpenſam. 60. menſuram noſtri docuit. 69. incolas orbis diſtinxit. 69.70
Vmbræ inventum κατοπτρική. 72. pictura. (88
Vmbra menſuram pyramidum. 92. horis tempora diſtinguere docuit. 93. ponere pretium tempori monuit. 93. noctis & diei vices temperat. 100
Vmbra obſtetrice Heſiodi Poëma natum. 202
Vmbra Veneris furta. 103. feſtivitates publicas juvat. ib.
Vmbra ſomnio ſimilis homo. 108
Vmbra

Vmbra humanam imbecillitatem exprimit. 112
Vmbra initium & finis rerum. 117
Vmbra in picturis: earum rationem primus invenit Zeuxis. 89
Vmbrarum decor in pictura. 88
Vmbra ſcena. 103

X

Xerxes accedentem Vmbram ſubmovere non potuit. 51. *ad platanum divertit.* (115

Z

Zeuxis Parraſium pictura decepit. 88. *Vmbrarum rationem primus invenit.* 89. *tantâ veritate uvas expreſſit ut aves advolarent.* 88
Zonæ torridæ ſubjecti nullas jactant umbras. 70

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

FINIS.

by Google